

grām recipiens è baptisimatō fonte leuauit, ut scribit Anastasius, qui tū in p̄tio erat. Romanā ecclesiā bibliothecarius, uir sane ita utraq; lingua doctus, ut è Græco in latinum & septimam uiuersalē synodum, & hierarchiā Dionysij Areopagitæ, & uitas multorū sanctorū Caroli grā in latinū eleganter & doctè transtulerit. Sunt qui scribant Carolum ipm multa monasteria condidisse, ac rem diuinam auxisse. Sed hæc eius p̄cipua laus, qđ multos ad scribendū impulit. Nam & Milo beati Amandi monachus, eiusdē sancti uitā accomodate p̄scripsit: & Iohannes Scotus quadā nostræ religionis acutissime disputata grauissime composuit. Non caruit etiam hac laude scribēdi Iohannes p̄tiffex dñi adhuc priuatus esset. Diaconus enim primi Gregorij uitam quatuor libris egregie cōscripsit. Cū uero in p̄tifficatu annis. X. diebus. II. uixisset, moriē, & in basilica Petri sepelit.

MARTINVS .II.

Martinus secundus, natione Gallus, patre Palumbo, post Iohannem p̄tifficatu inijt. Sunt qui hunc Marinum uocent, quos ego similitudine scriptionis deceptos puto. Martinus itaq; cuius uita ideo breuior est, quia breui tēpore in p̄tifficatu uixit, imperantibus apud Constantinopolim Leone & Alexandro Basilij filijs, in occidente uero Carolo tertio, quē ab Iohanne octauo coronā accepisse scripsimus: quē q; Normānos Galliam infestantes, ita cōtinuis p̄lijs attriuisse, ut eos & fidem Christi, et leges uictoris accipere cogeret. Sunt qui scribāt Martini fraude, ut in Formoso diceret, Iohannem pontificem ita seditionibus agitatum fuisse, ut ei in uincola coniecto aufugere necesse fuerit. Martinus autem malis artibus pontificatum adeptus, breui moriē. Annum enim & menses quinq; tantummodo in pontificatu uixit, nil dignum memoria gere uel ob breuitate temporis, uel q; nil tum accidit, quo nomē eius fieret illustrius: uel quod dei nutu malis artibus principatus acquisiti ueram gloriā, unicū optimi principis cibum amittunt.

HADRIANVS .III.

Hadrianus tertius, patria Romanus, patre Benedicto, tanti animi fuit, ut initio pontificatus sui statim ad senatum populumq; retulerit, anno domini octingentesimo nonagesimo quinto, ne in creādo p̄tiffice imperatoris autoritas expectaret: utq; libera essent & cleri & populi suffragia: quod qdem instituti à Nicolao primo tentatum potius q̄ inchoatū diximus. Illectum credo hac opportunitate Hadrianū, quod Carolus imperator ab Italia cum exercitu discedens in Normānos rebellantes mouerat. Fuerat ei in animo gentem iniquitā omnino delere. At uero cum id difficile uideret, nec fieri sine magna suoz clade posset, partē illam Galliæ ad incolendum his concessit, quæ ultra Sequanam flumen est, quæq; hodie à gente ipsa, Normandia uocatur. Pendere autem quotānis uectigal regibus Franciæ sunt iussi, ne ui, sed benignitate imparis Caroli loca illa obtinuisse uiderent. Interea uero Guilielm⁹ cognomēto Pius Aquitania dux, & Aluerniæ comes, cum stirpe uirili careret, Cluniacense monasterium in fundo paterno Burgundiæ pago masticensi magnificentissimis operibus inchoauit, eidēq; loco Bernonem abbatem p̄fecit, designatis prouentibus, unde monachi uiuerent. Antē tēpus uero Guilielm⁹ moriens monasteriū imperfectū reliquit, Elbo comite p̄ctauit se heredē instituto, qui rem ipsam ex testamento curaret. Hadrianus autem pontifex, de quo clerus populuscq; Romanus magnā spem conceperat ob eius uirtutē & magnitudinē animi, anno primo & mense secundo pontificatus sui moriē, sepelitq; in basilica Petri collachrymantibus omnibus & ingemiscētibz tantum parētē iniquo tempore tam repente sibi ablatum esse.

STEPHANVS .V.

Stephanus quintus, patria Romanus, ex uia lata patre Hadriano pontificatum inijt eo tpe, quo Normāni adiunctis sibi Dacis omnē ferme Galliam ruptis foederibus uastarunt. Timore uero tantæ incurfionis beati Martini corpus Turonis Altsiodorū deportatum est, & in ecclesia sancti Germani collatū. Accidisse miraculū tum ferunt, orta inter monachos discordia, cui potissimū sancto nomen ecclesiæ ascriberet.

Hanc ob rem discutiendā ambiguitatis causa leprosus in medio utriusq; sancti collocatus, ea parte sanatus, qua ad Martinū uergebat: conuersus deinde in alterā prem uirtute beati Martini integre omnino reddidit. Hoc totū à Germano hospiti suo tributū credidit, ne de sanctitate eius ob translationem quicquā diminutum uideret. Sunt qui scribāt huius p̄tifficis tpe Carolum cognomēto Crassum, qui iā annis. XII. imperauerat, potestate delectum ab optimatibus suis fuisse ob segnitie corporis & ingenij tarditate: in locūq; ei⁹ Arnulphum nepotē suffectum fuisse, qui septimus à Carolo Magno imperator est habitus. Hac itaq; perturbatione rerū illecti Hunni gēs Scythica, ut Vincentius & Martinus scriptores referunt, in Pannoniā inferiorem ad consanguineos Vngaros descendentes, pulsus inde Gepidibus & Auaribus ipsam occupant: inde in Germaniā hostili agmine mouentes ad Belgicā usq; Galliam puenere, ferro ac flamma omnia uastantes. Stephanus uero in tanta rerum p̄turbatione sanctitate Liuthprandi Ticinēsis ecclesiæ diaconi, Valdridi Bauari, Berardi Pictauiēsis mirifice recreabatur. Quorum uita & moribus ita Christiana fides inoleuit, ut & monasteria multa & sacella magnis sumptibus in utraq; Gallia sint condita. Moris autē Stephanus pontificatus sui anno sexto, die. XI. Vacat tū sedes diebus quinq;.

FORMOSVS .I.

Formosus Portuensis episcopus, post Stephanū p̄tiffex creat⁹, qui statim inito magistratu ecclesiæ Petri principis apostolorū leui p̄ctura exornauit. Hic aliquando Iohannis pontificis seueritatem ueritus, episcopatum suum deserens in Gallias aufugit. Verum cum reuocatus redire abnueret, anathemate notatus, Romā ueniens omni ecclesiastica dignitate priuatur, prophana indumenta simul cū moribus assumens. Sunt qui arbitrantur hoc ideo Formoso accidisse, qđ eius coniurationis conscius & autor fuerit, qua Iohannes captus & in uincola coniectus est. Hac itaq; contumelia motus Formosus, ab urbe discedēs iureiurando affirmauit, se nunq; postea uel Romā uel ad episcopatu rediturū. At uero Martinus pontifex Iohannis successor, hominē postea iuramento solutū in patriā & pristinam dignitatē restituit, unde ad pontificatū non ita multo post largitione potius q̄ uirtute contradicentibus quibusdam assumis, Arnulphus autē quē septimum à Carolo imperatore diximus, primo quidē strenue sumptis armis Normānos adhuc rebellantes magnis cladibus perdomuit. Verū postea nimio successu elatus, ita contumax in omnes, tum uel maxime in ecclesiasticos factus est, ut dei nutu pediculari morbo breui consumptus sit. Huius in locum postea suffectum Lodouicum imperatorem legitur, quem tñ nusq; habuisse imperij coronam accepimus. Hic autē (ut Martinus scribit) cū Berengario duce Foroouliano à regibus Longobardoz originem ducente, & auitū paternūq; regnū repetente armis decernens, eum primo quidem superat & uincit. Mox renouato p̄lio apud Veronam Lodouicus superatus ingēti suoz clade, capitur & oculis priuatur. Atq; ita imperiū, quo annis fere centū Franci potiti sunt, demū in Longobardos transferret, imperante apud Græcos Constantino Leonis filio. Verū nescio quo fato accidisse dicam, ut unā cū industria imperatorz simul etiā pontificum uirtus & integritas defecerit, quæ quidem tpe infelicissima esse arbitror, cū autoritate Platonis tales soleant esse reliqui ciues, quales sunt in republica principes. Ad Formosum redeo, cuius tpe ne omnino infelicissima haberent, effecit Remigij Altsiodorēsis uirtus & doctrina. Hic em̄ multa cōmentatus est, & scripsit in Mathæum potissimū & Pauli epistolas. Sunt qui scribant huius interpretationis autorē fuisse Remigij Remensem, non autem hunc de quo loquimur: utcunq; sit, constat utrumq; Remigij doctissimū fuisse. Formosus autē pontificatus sui anno quinto, mense sexto moriē. Vacat tū sedes diebus duobus.

BONIFACIVS .VI.

Bonifacius sextus, natione Tuficus, in demortui Formosi locum pontifex creat⁹. Quantum autē in pontificatu uixerit, magna controuersia est. Plus em̄ aliq. min⁹ quidam temporis huic ascribunt. Sentio ego cum pluribus, qui affirmant pontificem hunc diebus tantummodo sex & XX. in pontificatu uixisse. Hoc ut credam faciliū historia, in quibus nulla uel pua de hoc homine sit mentio. Quo em̄ modo fieri posset,

CXI. pontifex

CXII. pontifex

CXIII. pontifex

CXIII. pontifex

CXV. pontifex

ut huius tempora sub silentio praterirentur, si annis duodecim (ut quidam referunt) in sede Petri uixisset. Ponere itaque hunc hominem in catalogo summorum pontificum institui, non propter res gestas, quae nullae sunt (Quid enim geri in tanta breuitate temporis potuit?) Sed quia legitime & recte pontifex creatus est. Moris enim (ut dixi) pontificatus sui die sexto & .XX. sepeliturque in basilica Petri.

CXVI. ponti.

STEPHANVS VI.

Stephanus sextus, patria Romanus, Anagninus episcopus pontifex creatus, tanto odio persecutus est Formosi nomen, ut statim eius decreta abrogauerit, res gestas resciderit. Licet quidam scribant ipsum Stephanum episcopatum Anagninae a Formoso consecutum fuisse. Sed ego arbitror hoc odium ex ambitione ortum fuisse, cum iam eo deuenissent ecclesiastici, ut non coacti, ut antea, sed sponte et largitionibus pontificum munus obirent. Hinc odium ortum est, quo etiam in mortuum Stephanus sauebat, quod ei antea impedimento fuisset, quo minus optata sede potiret. Refert Martinus scriptor, Stephanum tanta rabie defauisse, ut habito concilio corpus Formosi est tumulo tractum pontificali habitu spoliatum, indurumque seculari sepulturae laicorum mandauerit, abscissis tamen dexteram eius duobus digitis, illis potissimum quibus in consecratione sacerdotes utuntur: in Tiberimque proiectis, quod (ut ipse dicebat) contra iura sacramenti Romae & sacerdotum repetisset, quo a Iohanne octauo iure spoliatus fuerat. Magna fuit haec controuersia & pessimi exempli, cum postea fere semper seruata haec consuetudo sit, ut acta priorum pontificum sequentes, aut infringere, aut omnino tollerent. Quod haecenus certe ab optimis illis pontificibus, quorum uitas conscripsimus, alienum fuit. Paulum certe abfuit, quin nostra tempestate Paulus secundus Venerus Formosini nomen (ut fit) sibi inderet, quod id nomen ei maxime conuenire uideretur propter proceritatem corporis & maiestatem. Quo minus autem id faceret, deteruere eum cardinales quidam historiae non ignari, nec ei post mortem id accideret, quod olim Formoso. Tulit id aegre Paulus, quia nil ei propter hoc nomen ad summam felicitatem deesse uidebatur. Interim uero ignauia pontificum fretus Constantinopolitanus imperator, Symbaticum patricium protopatriarium suum in Italiam cum exercitu mittit, qui Beneuentum tertio mense postea quod obsideri ceptum est, in potestate suam redegit. Possessum ante a Longobardis annis, CCC. & .XXX. Verum anno tertio post Guido Longobardus pulsus Graecis urbem recuperat, atque ita denuo ad Longobardos recidit. Ad Stephanum redeo, qui pontificatus sui anno primo, mense tertio moris. Sedes autem eius ex morte tribus diebus tum uacat.

CXVII. ponti.

ROMANVS .I.

Romanus patria Romanus, ubi pontificatum inijt, Stephani pontificis decreta & acta statim improbat abrogatque. Nil enim aliud hi pontificuli cogitabant, quam & nomen & dignitatem maiorem suorum extinguere, quo nihil potest esse peius & angustioris animi, qui enim his artibus nituntur, nulla uirtute muniti, eo de loco abradere bene merentes conantur, quem ipsi ob ignauiam & malitiam attingere non possunt. Neminem siquidem unquam inuenies alienae famae inuidere, nisi qui omnibus probis contaminatus, desperat suum apud posteros celebre nomen aliquando futurum: hi sunt qui fraude, malitia, dolo, maledicentia de humano genere bene meritos mordet, laerant, accusant, corrodunt, tanquam ignaui canes & inuitas, nec feris sese obijciantes ob timiditatem, sed uinctas & caueis inclusas mordentes. Commemorare tamen huius pontificis nomen libuit, quia de more Petri sedem obtinuit, in qua tertio pontificatus sui mense demoritur.

CXVIII. ponti.

THEODORVS II.

Theodorus secundus, patria Romanus, pontifex creatus uestigia seditiosorum sequitur. Nam & Formosi acta restituit, & eius sectatores in pretio habuit, imperante adhuc in Italia (ut quidam uolunt) Arnulpho, regnante in Francia Carolo Simplici, Constantinoque Leonis filio orientale imperium gubernante. Quo quidem tempore Saraceni Apuliam ingressi, occupatoque sancti angeli monte, magnam uim hominum & pecorum

rum cepit. Verum Itali tumultuaria manu comparata, magna ex hostibus edita strage praedam recupant. Agebant haec in Italia, cum Guilielmus cognomino Sedor ferri Engolofinae comes a Carolo Caluo origine ducens, monasterio cartusensi reliquas seditiones normannicae tempore inde ablatae fuerant, restitui mandauit. Videbat enim seditionem inter populos orienturam quiescentibus iam Normannis, nisi in loco pristino reliquiae collocaerentur. Qui fuerint Normanni haud satis constat. Sunt tamen qui dicant eos ex Noruegia in Galliam descendisse. At Theodorus uigefimo pontificatus sui die moritur, nulla magnopere de se relicta memoria ob breuitatem temporis.

IOHANNES, X.

CXIX. ponti.

Iohannes decimus, patria Romanus, pontifex creatus, Formosi causam in integrum statim restituit, aduersante magna populi Romani parte, qua ex se rata seditio orta est, ut paulum admodum abiusto praedio abfuerit. Is autem Rauenam profectus, III. & .LXX. episcoporum habito conuentu, & Stephani res gestas improbauit, & Formosi acta restituit, diuidians perperam a Stephano factum, qui censuit eos iterum ordinandos esse, quos Formosus ad sacros ordines ascuerat. Hoc tum accidisse putauerim ego, cum quia pontifices ipsi a Petri uestigijs discesserant: tum uel maxime, quia res publica christiana ignauos & desides principes habebat, quorum maxime intererat nauiculam Petri fluctibus exagitari: ne si gubernator aliquando respiceret, principes ipsos ut malos nauas e repperderet. Deditus erat uoluptatibus Arnulphus, non multum distabat a suo cognomino Carolus rex Fraciae, quem simplicem uel potius stolidum uocabant. Hac autem opportunitate ille cum Vngari, gens quidem fera & indomitam, hostili manu Italiae primo, mox Germaniam & Galliam ita inuadit, nemine prope resistente, ut ferro ac flamma omnia quoquo proficeretur absumeret, nulli mortalium aetati aut sexui parcens. Praterea uero Aphri Calabriam ingressi, cum iam magnam provinciam partem cepissent oppugnarentque, Cosentium eorum rege in oppugnatione istu fulminis diuinitus mortuo, passim dilabuntur & ad suos redeunt. Deus enim populi sui calamitatem miseratus a principibus terrae derelicti, tum demum telum suum in hostes christianis nominis direxit: quod nisi fecisset, de nomine Italico, de ecclesia actum profecto tum putabatur, adeo secordes & nullius pretij homines in principatibus tum erat. Iohannes autem pontificatus sui anno secundo, die .XV. moriens, nil de se dignum memoria reliquit, nisi quod seditiones quasdam prope extinctas reuocauit.

BENEDICTVS, III.

CXX. ponti.

Benedictus quartus, patria Romanus, pontifex creatur ob eius humanitatem & clementiam. Verum nil suo tempore gestum est, quod magnopere collaudari possit. Acciderat huic aetati, quod alijs interdum solet, ut hominum industria in quibus genere uirtutis confenseret, nullis calcaribus adhibitis, quibus hominum ingenia ad laudem excitarentur, quod fieri a bene institutis populis optimisque principibus consueuit. Constat enim (ut antea dixi) Lodouicum Arnulphi filium imperium paternum reuoluerit conantem, eo tempore Veronae captum & interfectum a Berengario fuisse, atque tum primum genus Caroli Magni ignauia posteriorum principum tam Francia quam etiam Germania imperij titulos amisisse. Verum est certe quod Crispus ait, quae orta sunt occidunt: quae aucta, senescunt. Imperium ipsum magnum habuit incrementum: uerum postea principum ac populi Romani ignauia splendor ille Romani nominis in obscuro tenebras conuersus est: tum uel maxime ubi remissa exercitatione uirtutis, uoluptatibus & thermis ad effeminanda corpora inuentis tradidere. Idem etiam accidisse pontificali dignitati dicere possumus. Sanctitate enim & doctrina, quae non nisi magnis laboribus consummataque uirtute comparantur, pontificum decem sine ullis opibus primo quidem auctum est inter tot hostes & obstinatos persecutores christiani nominis: mox uero ubi cum ipsis opibus lasciuire cepit ecclesia dei, uersis eius cultoribus a seueritate ad lasciuiam, peperit nobis tanta licentia peccandi nullo principe flagitia hominum tum coeudent haec monstra, haec portenta: a quibus ambitione et largitione sanctissima Petri sedes occupata est, potius quam

k iij

Sector sceni
Engolofinae.

respiceret.

Vngari Italiae
Germaniam et
Galliam inuadunt.

B. D. L. U. L. D. B.

possessa. Hac tamen Benedicti laus est, quod in tam corruptis moribus grauius & constanter uitam ducens, pontificatus sui anno tertio, mense quarto moritur. Vacat tum sedes diebus sex.

CXXI ponti.

LEO. V.

Leo quintus, cuius patriam historici non ponunt, pontificatum adeptus, a Christophoro eius familiari dominandi cupidine capitur, & in uincula conicitur, quod quidem fieri non sine magna detractione & multorum interitu potuit. Quarta enim auctoritatis pontificatus tum esset uitio priorum pontificum, ex hoc uel maxime comprehendere potest, quod a uitro priuato tanta dignitas uel & factione uno fere momento occupata est. Verum est certe quod dici solet, plus auctoritatis dignitates ex hominibus cape, quam ex dignitatibus homines, ut in censura Romana apparuit, quae primo uel exiguus magistratus posthabita est. Verum ubi ciuitatis optimates obire munus illud dignitati sunt, tanta ei auctoritate tribuere, ut inter optimates infelix prope haberetur, qui celsiora dignitate consecutus in uita non fuisset. Christophorus itaque sedem occupat. XI. Leonis in pontificatu die, quem ego praedolore animi paulo post perisse crediderim, quod ab eo potissimum honore spoliatus fuisset, quem ipse ut lupum domi aluerat, ut illud Theocriti, enutrito lupos qui te comedant.

CXXII. ponti.

CHRISTOPHORVS. I.

Christophorus, cuius patria & cognomen tum ob ignobilitatem ignoratur, pontificatus malis artibus adeptus, male amisit. Septimo enim mense dignitate ac merito quidem eiectus, monasticam uitam, unicum calamitosorum refugium, obire cogit. In monasteria enim tanquam in insulas clerici male de ecclesia dei meriti tunc relegantur. Sunt qui scribant Christophorum deiectione pontificatu fuisse. Lodouico tertio imperante; alij haec tempora Berengario ascribunt, quem diximus esse duce Forouliano imperatore creatum, quod in Italia oriundus esset est stirpe Longobardorum regum: quodque etiam in eo solo spes unica imperij collocari tum maxime poterat ob uirtutem & nobilitatem. Ut autem credam Berengarium tum imperasse facit, & pontificem qui ante fuisse breuis uita, quos tanquam monstra quaedam medio breui deus sustulit, & ipsius imperatoris tepus, qui superato Guidone duce spolerano, interfectoque Ambrosio comite Bergomate, quos primo hostes habuerat, accepta a Formoso imperij corona, annis. IX. uixit. Quid uero postea Christophoro acciderit est pontificatu deiectione in Sergio dicitur.

Monastica uita unicum calamitosorum refugium.

CXXIII. ponti.

SERGIVS. III.

Sergius tertius, patria Romanus, patre Benedicto, pontificatum iniens, basilicam lateranensem quae tum corruerat restituit, Christophorum e monasterio tractum in uincula coniecit. Rebus deinde confirmatis in Gallias profectus, Lotharii gratia & amicitia fulsus, qui tum regnabat in Italiam rediens, & Christophorum arctiore custodia reuinxit, & Formosi acta ita improbauit, ut denuo ad sacros ordines eos admittere necesse fuerit, quos Formosus antea sacerdotali ordine dignos censuerat. Neque haec quidem ignominiam mortuo intulisse contentus, eius cadaver e sepulchro tractum capitali supplicio, ac si uiueret afficit; corpusque ipsum in Tiberim proiecit, tanquam sepultura & honore humano indignum. Ferunt piscatores corpus ipsum inter piscandum repertum, ad basilicam Petri detulisse, atque dum funus celebratur sanctorum imagines quae in templo locatae erant, corpus ipsum ueneratas fuisse; & ob eam rem creditum esse Formosum iniuria quidem tali ignominia affectum fuisse. Sed factum ne sit hoc a piscatoribus haud satis constat, uiuente praesertim Sergio, qui Formosi factionem persequebatur, quod antea ei impedimento fuerat, quo minus pontificatum consequeretur. Vide quae quantum sibi degenerauerint a maioribus suis. Illi enim utpote uitae sanctissimi dignitatem ultro oblata contenebant, orationi & doctrinae christianae uacantes; hi uero largitione & ambitio ne pontificatum quaerentes, & adepti, posthabito diuino cultu inimicitias non secus ac fauissimi quidam tyranni inter sese exercebant: suas uoluptates postea securi expleturi, cum nulli libi extarent, qui eorum uitae coererent. Crediderim ego Sergium hoc facere a Lothario

compulsus, quod Formosi opera a Gallis in alienigenas imperium translatum sit. Sergius autem his artibus uitam ducens, septimo pontificatus sui anno, mense quarto, die. XVI. moritur: cum paulo ante igneae faces in caelo & stellae micantes, discurrentesque praeter consuetudinem sint uisae. Unde non ita multo post Ungaria Italiam cum exercitu ingressi, multas uicissim intulere acceperunt clades.

ANASTASIVS. III.

Anastasius tertius, patria Romanus, eo tempore pontificatum inijt, quo Landolphus Beneuentanus princeps graui praedio in Apulia cum graecis decertauit & uicit. Nam Patricius Leonis Constantinopolitani imperatoris dux Italiam ingressus, se omnia breui euerfuri minabatur, nisi Leoni prope obtemperaret. Verum (ut dixi) Landolphus uirtute impetum simul cum loquacitate omisit, quanquam uero a Berengario iam pararentur copiae, quae Patricio obuia fierent, plus terroris quam uirium secum ferenti. Anastasius autem a quo nil memoria dignum gestum est, secundo anno pontificatus sui moritur, & in basilica Petri sepelitur. Hunc tamen pontificem hac una in re laudare possumus, quod neminem eorum qui ante se in pontificatu fuisse ignominia aliqua noctauerit, uel maledicentia persecutus sit: modeste enim & integre uixit, nec in se quicquam habuit quo reprehendi possit.

CXXIII. ponti.

LANDO. I.

Lando patria Romanus, Anastasio successit. Huius autem uita ita obscura fuit, ut etiam sint qui eum inter pontifices non numerent, maxime autem Vincetius historicus. Aliter tamen Martinus & Cusentinus sentiunt, horum de numero & Gothifredus est, qui scribit Landolfum auctoritate sua interposuisse, quo minus Berengarius & Rodulphus comitis Guidonis filius inter se decertarent. Sunt qui scribant Rodulphum apud Veronam Berengarium superasse, ac imperio tribus annis potitum esse. Magna enim tum erat inter Italos Germanos & Fracos de possessione imperij concertatio. Unde & grauissima bella orta sunt, nec extincta sine multorum interitu, omniumque prouinciarum calamitate. Annitebantur tamen Romani Italique imperij nomen in prouincia retinere, obstantibus barbaris omnibus, licet duce & autore tam praecleari facinoris indigerent, extinctis iam non solum illis praeclearis luminibus, quae Italiam quondam per totum orbem terrarum illustrarunt, uerum etiam sublato omnino & exciso illo egregio seminario, unde tam praeclearae radices pullulabant. Landus autem sexto pontificatus sui mense, die. XXI. moriens in basilica Petri sepelitur.

CXXV. ponti.

IOHANNES. XI.

Iohannes undecimus, patria Romanus, patre Sergio pontifice, anno domini nonagesimo nono pontificatum inijt. Praeful Rauennas is antea fuerat, episcopatu deiectione populi tumultu. Verum Lando mortuo pontificatum adeptus spiritus militares magis quam religioni deditos gessit. Indigebat huiusmodi pontifice tum quidem & ecclesia & Italia. Nam Graeci (ut diximus) Landolphus uirtute superati, Saracenos in Italiam uocant, qui ex Calabria & Apulis in Lucanos & Campanos mouentes, urbi Romae exitum se illaturos propediem minabantur. Hoc autem periculo motus Iohannes, Alberico Hetruriae marchione in auxilium accito, habito delectu cum Saracenis confregit & superans ab urbis finibus submouit. Verum nil actum ea uictoria existimans, nisi fugientes insequeretur, eos ad Lirim fluium nactus (quem Gariglianum uocant) apud Minturnas tanta clade superat, ut de relinquenda omnino Italia cogitauerint, locaque omnia ferme quae in litore Italico obtinebant incenderint. Postea tamen mutata sententia occupato monte Gargano, incursionibus loca circunquaque posita uexabant. Interim uero Iohannes in triumphum modum Romam rediens, cum omnia sibi uendicaret, Alberici odium ita in se concitauit, ut ingens seditio sit orta, qua quidem marchio pulsus Orstam proficiens oppido munito & arce, Ungaros praemij sollicitatis in Italiam uocant, qui certe prouinciam ingressi, plus prope calamitatis Italiae intulere quam olim Saraceni. Pueros enim & uirgines abducebant, grandioribus natu necatis; neque ipsis quidem Hetruscis pepercere, quos ex foedere Alberici intactos esse oportebat: imo uero ma-

CXXVI. ponti.

gis in hos q̄ in ceteros Italos fauūm est, incensis & eueris fere omnibus oppidis quae ipsi occupauerant. Crediderim ego Berengarium, qui tum Cisalpinam tātummodo tuebatur, hostibus iter in Ferruriam dedisse, modo sine ullo suorum maleficio transirent. Hac autem dulcedine praede ille cū Vngari, frequēter deinceps Italiā repetebant. Quae calamitate Romani permoti, cum sauire in hostem praeferoem & potentem non possent, Albericum capiunt & obruncāt. Iohannes quoq; seditione militari, maxime uero a militibus Guidonis comitis captus, & in uincula coniectus, ceruicali in os coniecto necatur pontificatus sui anno. XIII. mense secundo, die tertio. Cuius in locum alter Iohannes subrogatur: uerum quia uis sedem occupauerat, e loco statim deiectus, connumerari inter pontifices non meruit.

LEO VI.

LEO sextus, patria Romanus, legitimis suffragiis pontifex creatus, nil tyrannicū in uita praese tulit, integre ac modeste uitā ducens, ac rei diuinæ consulens quā tum illa tempora in tam corruptis moribus patiebantur. Reuocare enim ciues ad concordiam, temeritate, & stultitia priorum pontificum adhuc tumultuantes, componere res Italas, pacare externum hostem, propulsare barbaros a ceruicibus Italiae conatus est: quo certe nil melius aut laudabilius in tam breui magistratu fieri potuit. Septimo enim mense, die decimo quinto pontificatus sui moritur, sepeliturq; in basilica Petri magno sui apud Romanos desiderio relicto.

STEPHANVS. VII.

STEPHANUS septimus, patria Romanus, eo tempore pontificatum iniit (ut quidam scribunt) quo Vngari Alemanniam Saxoniamq; populates ab Henrico Germaniae rege apud Morespurgam ingenti clade superati sunt. Ferunt tum etiam Rodolphum Burgundiorum regem in Italiam hostili manu contra Berengarium secundum descendisse, eumq; suorum fraude regno spoliatum ad Vngaros confugisse, q̄ sumptis armis, tertio anno post pulsum Berengarium in Italiam cum magno exercitu duce Salardo uenientes, Papiam uic captam, ferro & igne magna ex parte uastarunt. At uero Itali cum non satis uirum in Rodolpho cernerent, Vngonem Arelatensem comitem in Italiam uocant. Huic autem non sine contentione tamen Rodolphus cedēs, cum hostes acriter instarent in Burgundiam sese recepit. Vgo uero non satis his fidens, qui se uocauerant, multos in exilium pepulit: qui quidē ad Arnoldum Bauarorum ducem cōfugiētes, hominē regnandi cupidum mouere copias in Italiam propellunt. Descendētē itaq; ex alpiibus Veronenses statim intra moenia benigne ac comiter recipiunt: Verum Vgo in eū mouēs cōmissio praelio hominē superat, Veronāq; statim recipit. Mortuo autem apud Bauaros Berengario: ut alij uolunt, apud Vngaros, Berengarius tertius primū Berengarij ex filia nepos in Italiam ueniens, anno salutis nongentesimotrigesimo quinto imperio potitur. Sunt autem qui haec quae scripsi huius pontificis temporibus ascribant. Ego uero & priorū quorundā & sequentiū tēporibus assignanda crediderim, cum ea quae breuiter scripsi non sine diuturnitate geri potuerint. Sed satius fuit in tanta scriptorum uarietate & temporū omnino aliqd scribere, q̄ quae sunt aliqñ gesta ob incertos autores omittere. Consulimus posteritati, nec ita superstitiosi sumus, ut nolimus ea credere, quae uarij autores sparsim conscripserunt. Huius quoq; pontificis temporis merito ascripserim sanctum Vgibertū nobilē Lothoringiae principem, qui Gemaltense cenobium propria impensa magnis operis breui extruxit, ferunt & hac tēpestate Spirensē Bohemiae ducē fidē Christi tum primū recepisse. Nam duces antea qui Bohemiae praerant, nunc demum reges appellantur auctis opibus & copijs. At Stephanus cuius uita mansuetudinis & religionis plena fuit, secundo pontificatus sui anno, mense uno, die duodecimo moritur, inq; Petri basilica sepelitur.

IOHANNES. XII.

IOHANNES duodecimus, patria Romanus, patre Sergio pontifice (ut quidam uolunt) eo tempore pontificatum iniit, quo sanguinis fons (ut Martinus & Vincētius

aiunt) Genuae largissime effluxit, futurae magnae calamitatis indicium. Nam & Genua a Saracenis ex Africa uenientibus tum capitur ac diripitur, & Vngari Italiam ingressi, longe omnia ac late populati sunt. Verum dum onusti praeda Pelignorum fines attingissent, a Maris qui repente arma ceperant opprimuntur, atq; ita praedam omnem cū uita amiserunt. Scripsit tum multa Racherius ex monacho ueronensis episcopus factus, in exiliumq; Papiam ab Vgone rege missus, q̄ aperte nimium in eius mores inueheretur. Iohannes autem pontificatus sui anno quarto, mense decimo, die. XV. moritur. Vacat tū sedes diebus duodecim.

LEO. VII.

LEO septimus, natione Romanus, Vgone & Lothario in Italia imperantibus, pontificatum adeptus, nil dignum memoria gessit. Huius autem tempora illustriora fecere Spirencis Bohemiae dux (ut Martinus refert) iustitia & religione insignis, & eius filius Vincellaus, nequaquam a patre degenerans, a fratre Boleslao interemptus ob regni cupiditatem: qui quidem Vincellaus postea in sanctos referri meruit, comprobata eius uita, approbatisq; miraculis in uita & post mortem editis. Leo autē pontificatus sui anno tertio, mense sexto, die decimo moritur, & in basilica Petri sepelitur. Vacat tum sedes dies tres.

STEPHANVS. VIII.

STEPHANUS octauus, natione Germanus, pontificatum iniens, ita a Romanis seditio nibus uexatus est, ut nil memoria dignum ab eo geri potuerit, imo uero (ut Martinus refert) in tanta seditione mutilatus turpiter aliquandiu uitam duxit, cū ob inhonestam uulnera prodire in publicum erubesceret. Parabat quidem rex Vgo tantam iniuriam ulcisci, sed in ipso apparatu moritur: cui quidem Lotharius filius in regno succedens, hac de re nullam mentionem fecit: uel q̄ populi Romani amicus esset, uel q̄ breui regnauit: biennio enim tantum post mortem patris superuixit. Ortho autem Germanorum rex Vincellai Bohemiae regis mortem ulturus, in Boleslaum qui fratrem pro scelus interfecerat copias mouens, hominē tandem post multas illatas acceptasq; clades in potestatem suam redegit. Stephanus uero pontificatus sui anno tertio, mense quarto, diebus. XII. moritur. Vacat tum sedes diebus decem.

MARTINVS. III.

MARTINUS tertius, patria Romanus, mansuetudinem & placabilitatem Stephanus septimi imitatus est: pontificatum enim adeptus, bella omittebat, religioni sese totum addixit, templa uetustate collapsa instaurans, pauperes elemosinis pascens. Non caruit tamen huius temporibus Europa ipsa bellica rabie. Nam cum Ortho anniteretur Italiam ingredi aduersante Lothario, magna caedes utriusq; commissa sunt. Adhortante tamen eos Martino pontifice, ut ab armis discederent, tum uel maxime, cum ubiq; fame & penuria rerum omnium laboraretur, succibus undiq; arboribus, prostratis segetibus, & abductis grauissimo bello colonis ac pecoribus: apud Constantinopolim quoq; tumultuatum uehementer est. Nam ciues ipsi Constantinum imperatorem captum, abrado capite in insulam relegarunt. Verum non ita multo post Constantini Leonis filius imperium adeptus, seditiosos ciues eadem turpitudine tantum affectos, quae ipsi Constantinum notauerant, in eandem insulam exularum mittit. Martinus autē tertio pontificatus sui anno, mense sexto, die decimo moritur, & in basilica Petri sepelitur. Eius autem in morte sedes Romana diebus duodecim tum Vacat.

AGAPETVS. II.

AGAPETUS secundus, natione Romanus, ardente tumultu bellico in Italia pontifex creatur. Vngari enim tum etiā hostili manu Italiam ingressi, iam fere omnem oram transpadanā occupauerant, cum Henricus Bauariae dux sumptis properantibus, comparatoq; exercitu in puincia mouēs, nō sine magno incolarū incōmodo duobus grauissimis filijs eos superat, ac prouinciā oēm ab Agleia Papiā usq; occupat. Vñ nō ita multo post prope in Austria discessit, q̄ ita aduētare Berengariū cū magno exercitū

Racherius e.
piscopus uero
nensis.

CXXX
pontifex.

CXXXI. pō.

CXXXII.
pōtif.

CXXXIII.
pontif.

Henricus Ba.
uariae dux.

CXXXVII.
pontif.

CXXXVIII.
pontif.

CXXXIX. pō.

tu intellexerat. Potitus autē Italia Berengarius, impatoris nomē sibi indit, filiumq; Albertum regem Italiæ nuncupat, coniecta in carcerem Alſida Lotharij fratris filia, ne Papiam urbem dotalem repeteret. Interim uero Agapetus pontifex, Italiæq; proceres cognita Berengarij superbia, q̄ omnia sibi contra ius fasq; uendicaret, Othonem Germaniæ regem in Italiam uocant: qui quidem per Forumliū prouinciam cum quinquaginta milibus hominum ingreſſus, deturbatis statim ē regno Berengario & Alberto, Alundam Lotharij filiam ē carcere ductam in uxorem accepit, ex qua postea filium suscepit, cui Othoni secundo nomen fuit. Otho tamen Italia decedens hac moderatione usus est, ut Berengario & Alberto gubernandæ prouinciæ arbitrium permiserit, compositis inter pontificem & Berengarium rebus. Idem quoq; Otho Lodouicum regem Franciæ magnis eō propere deductis copijs iuuit, quem proceres prouinciæ adiuuante Vgone Parisiorum comite ipsius Othonis sororio propere regno depulerant. At uero Albertus Berengarij filius, qui tum Rauennæ præerat, Comaclensium classe & auxilijs fretus, mercatores Venetos aduersante Agapeto pontifice infestabat, unde Veneti ira incensū comparatis propere quibusdam nauigijs Comaclum expugnatum incendunt. Dum hæc acta q̄ hoc modo agerentur, Agapetus pontifex uir innocens, & reipu. christianæ amator pōtificatus sui anno. IX. mense. VII. die. X. moritur, eo fere tempore, quo Oddo cluniacensis monasterij abbas in domino quieuit. Cuius quidem discipulus habitus est Domaiclus uir miræ sanctitatis & monastica discipulinæ restitutor.

IOHANNES. XIII.

CXXXIII.
pontifex.Romæ duo anni
consules.

Iohannes decimus tertius, patria Romanus, de uia lata patris Albrici potentia fretus, pontificatum occupat. Octavianus is quidem primo uocabatur, homo sane ab adolescentia omnibus probis ac turpitudine contaminatus, uenationibus magis siquid temporis à libidinibus supererat q̄ orationi deditus. Erant tum Romæ duo annui consules, ex nobilitate præfectus unus, qui ius populo diceret: ex plebe autem decharcones XII. creabantur, qui uicem senatus gererēt. Non carebant aliqua ditione Romani. Nam & uicina Hetruriæ oppida intra urbeuetanum tudertinumq; agrū, & quicquid à Neapoli Beneuentisq; à Marſis, à Reatinis ad urbem spectat, Romanæ ciuitati obtemperabat. Vtteriora partim Græci, partim Saraceni occupauerāt. Quis tum picenum spoletinumq; agrum obtineret incertum est. Octavianus itaq; patris potentia in satis libera ciuitate fretus, pontificium munus humeris suis nequaquā cōueniens sibi desumit. Hac quidem indignitate moti duo cardinales literis Othonem obsecrant, ut clerum populūq; Romanum ē manibus Berengarij Iohannisq; duodecimi uendicare conetur, aliter christianam fidem unā cum imperio perituram. Otho enim tū magno in pretio erat domito Bodeslao (ut dixi) Bohemiæ rege, superatisq; tribus grauissimis prælijs Vngaris Germaniam uastantibus, ac captis tribus eorum regulis, quos Germani contradicente imperatore uitam finire laqueo coegerat. Interim uero dum Otho expectaretur re per indies patefacta, Iohannes pontifex cardinales ipsos capit, & huic nasum, illi uero manum abscindit. Hanc ob rem Otho in Italiam mouens primo quidem Berengarium & Albertum filium in potestatem suam redigit: alterumq; Constantinopolim, alterum in Austriam relegat. Mox urbem ingrediens ab ipso Iohanne honorificentissime suscipitur, coronaturq; (ut quidam tradunt) accepto Germaniæ Pannoniæq; titulo, quod reliqui imperatores deinceps obseruarunt, translato tum primum ad Germanos imperio. Alij uero à Leone octauo, de quo paulo post dicemus hoc factum existimant: quorum opinionem Gratianus in decreto secutus est, priorem sententiam Richardus & Cusentinus non improbant. Lateranensis autem bibliothecarius Othonem Iohannis tempore Romanam uenisse scribens, de coronatione eius nullam mentionem facit, adeo confusa sunt et perturbata hæc tempora scriptorum negligentia & incuria. Otho autem composito ali quantum statu ciuitatis cum Iohanne secreto collocutus, hominem primo blande appellando à flagitijs deterrens, ad uirtutem adhortabatur: uerum cum nequaquam moueri à sententia uerbis eum cerneret, ad minas conuersus concilium indicit, conuocatis episcopis

pis Italiæ: quorum iudicio uita sceleratissimi hominis diudicaretur. Is itaq; iudicij bene sententiam reformidans, in Hernicos aufugit, in syluisq; more ferae aliquandiu delituit. Hanc ob rem Otho persuadente clero, Leonem Romanum ciuem lateranensis ecclesiæ scriniarium pontificem creat. Verum abeunte imperatore, Iohannis cognati & clientes pulso Leone Iohannem ipsum reuocant: quem quidem diuinitus eisdem ferme diebus perijſſe creditum est, ne ecclesia dei pernicioſa seditione iam gliscescente labefactaretur. Sunt qui scribant hunc sceleratissimum hominem, uel hoc monſtrum potius in adulterio deprehensum & confossum interiſſe. Verum non ita quoq; leuata seditio est, Nam Romani mortuo Iohanne in eius locum Benedictum subrogant, idq; ab imperatore qui tum Spoleti erat confirmari contendunt. At imperator iratus, non solum Romanos utpote iniqua postulantes à se repulit, uerum etiam eosdem armis (ut postea dicetur) coegit abrogato Benedicto Leonem suscipere. Ferunt multa prodigia tū in Italia apparuisse. Nam & lapis de cælo miræ magnitudinis cecidit, sæuiente uentorum atq; imbrium procella, & in uestibus mulorum signum crucis, ac quidem cruentæ diuinitus apparuit. Quæ quidem portenta indicare magnas clades & calamitatem ecclesiæ multi interpretabantur. Iohannes autem uir omnium qui unq̄ ante se in pontificatu fuisse, perniciosior & sceleratior, pontificatus sui anno nono, mense tertio, die quinto moritur. Eius uero in morte sedes in seditione dies duodecim tum uacat.

BENEDICTVS. V.

Prodigia multa
apparueruntCXXXV.
pontif.

Benedictus quintus, patria Romanus, ex diacono in seditione potifex creatur ab his potissimum qui Iohanni cognatione factioneq; coniuncti fuerant, ægreferentes Leonem ab Othone Iohanni antelatum. Verum cum imperator hanc electionem nequaquam probaret, Romanos id maxime expetentes à se repulit, eosq; ferro & flammâ omnia circa urbem posita uastans, compulſit pulso Benedicto uel dedito potius Leonem suscipere, adactos sacramento, nil se earum rerum immuturos, quas ipse imperator in re pontificia constituisset. Compositis autem hoc modo rebus, Otho in Germaniam rediens, secum Benedictum ipsum duxit, qui non multo post dolore animi apud Hayspurgam moritur, ubi relegatus erat. Vixit autem in pontificatu mensibus sex, diebus quinq;. Sedesq; deinceps diebus triginta uacauit.

LEO. VIII.

Leo octauus (ut antè dixi) protoscriniarius, à clero populoq; Romano pulso Iohanne pontifex creatur. Nam cum Iohannes flagitiose nimium & intemperanter uiueret, instarentq; Romani apud imperatorem, ut alterum pontificem abrogatoq; Iohanne crearet, respondit electionem ad populum & clerum pertinere: Eligent quem maxime idoneum putarent, se eum statim approbaturum. Vnde cum Leonem elegerent, quem ipse confirmauerat, deinde murata sententia abrogato eodem, Benedictum succissent, iratus Otho eos uis & armis compulſit, dedito etiā Benedicto Leonem suscipere, qui statim Romanorum inconstantiam pertæsus, autoritatem omnem eligendi pontificis à clero populoq; Romano ad imperatorem tranſtulit. Verum Leo in pontificatu non diu uixit. Anno enim primo, mense quarto moritur.

IOHANNES. XIII.

CXXXVII.
pontif.

Iohannes decimus quartus, Narnienſis episcopus, patria Romanus, patre Iohanne episcopo Leoni successit. Vex. Romani in ita iam consuetudine pellēdi potiffices, huncq; seditionibus fatigant. Accersito em̄ Iofredo Capaniæ comite lateranensis ædes uti irumpetes Iohannē capiunt, captumq; primo in Hadriani molē pducunt, mox inde hominē in Capaniam exulatu mittunt. Vex. interfecto Iofredo eiusq; unico filio à Iohanne Capano principe, pontifex undecimo mense sui exilij Romam propere redijt. Hæc præterea cognita potifficis calamitate cū Othone filio ingētib; copijs magnis itineribus Romā pueniens, cōsules & præfectū cū decarchonibus captos in uincula cōiicit, scitur cōiuratiōis capita. Quæſtionib; autē re cognita, cōsules i Germaniā mittunt: Decarchones uero laqueo suspēsi penas statim dedere. Petr. autē urbis præfecti maloꝝ

omnium fons & origo, diu cum ignominia per publica urbis loca tractus ac uirgis caesus, in Germaniam uinctus mittitur. Sunt qui scribant Petrum ipsum excar nisi candi pōstifici traditum abrafa barba, capillis suspensum ad caput equi Constantiniani aliquandiu stitisse, ut eius exemplo talia facinora malefici declinarent. Inde autem ablatum, aſinoq; superimpōsitum uerso ad clunes uultu, & manibus sub cauda ligatis, atq; ita per urbem ductum, & uirgis caelum fere usq; ad interitum fuisse, postea uero in Germaniam exulatum missum. Hac etiam seueritate (exempli gratia) in Iohanne principe Cāpano (ut diximus) caelum imperator usus est, ut eius ac filij cadauera è loco sacro tracta in prophanum proijci iusserit. Interea uero Sclauī qui Hadriani tertij pontificis, & Sucepophorus Dalmatiae tēpore fidem Christi susceperat in Italiam trañcientes, Saracenos ingenti clade superatos è monte Gargano deiecerūt. Horum aſt exemplū & uirtutē imitati Vngari, reliquias Saracenoꝝ ita attriuerē, recuperata Cōsentia iā ab hostibus capta, ut Othoni magni Othonis filio eō cō exercitibus misso, haud difficile fuerit reliquias bellorum absoluere. Nec contētus Saracenos cedere, Græcos quoq; qui cum Mauris foedera inierant, grauissimis praelijs ita perdomuit, ut eos fere omni Calabria et Apulia eiecerit. Sunt qui scribant idcirco Othonem Græcos persecutum fuisse, quia Nicephorus Constantinopolitanus imperator filiam iam ei pactam in matrimoniu daturam se negabat. Constat tamen Othonem ipsum adolescentem egregium pulso Nicephoro, & Iohannem filium in imperio confirmasse, & Theophaniam sororem in uxorem accepisse, quā quidem Iohannes tertiusdecimus unā cum marito apud Lateranensem basilicam corona imperij exornauit, annuente Othone sene, qui filium confortem imperij creauerat. In tanta autem & tam publica laetitia campana ecclesiae metropolitanae nomē à Iohanne pontifice consecuta est. Otho uero in Germaniam proficiscens senio confectus Viennae moritur: quem non ita multo post Iohannes pontifex sexto pontificatus sui anno, mense. XI. die. V. subsecutus est. Eius in morte dies. XIII. sedes tum uacat.

BENEDICTVS VI.

CCCCVIII.
pont.
Cincius alij.

Benedictus sextus, patria Romanus, Iohanni in pontificatu & calamitatis sue cessit: à Cynthio enim Romano ciue & quidem praepotenti captus, in Hadrianam molem (quam sancti arcem nunc uocant) custodiam noxiarum, uel potius innocentium includitur, eodemq; in loco non multo post strangulatur: uel (ut Cuentinus refert) fame moritur. De tanta iniuria nullam sumptam esse uindictam, uel à ciuibus Romanis aduersa factionis, uel ab Othone imperatore non possum ego non admirari, praesertim cum Otho ipse uir optimus sit habitus, & ecclesiae Romanae defensor acerrimus. Sed uereor ne talia fuerint Benedicti merita, quale praemium à Cynthio confectus est. Male tamen à Cynthio actum est: neq; enim ad se pertinebat, etiam si Benedictus grauius deliquisset, pontifici manus iniicere. Sed heus ut uerum omnium uicissitudo est. Nam Romani pontifices nostra aetate Romanos ciues, aut delinquentes, aut ob potentiam suspectos, eo loci tanquam in Tullianum carcerem includunt & macerant. Crediderim ego Othonem alijs negotijs implicatum, Romano pontifici praestare auxilium nequisse, ob eamq; rem anno primo, mense. VI. pontificatus sui mortuum esse.

DONVS II.

CCCCXIX.
pontif.

Donus secundus, patria Romanus, tantae modestiae fuit, ut si nihil in pontificatu gesserit quo magnopere laudaretur, non tamen uel aliqua iniuria affectus, uel ignominia notatus est. Huius autem tempora, ne omnino obscura essent, effecere res quaedam, tum à principibus quibusdam, tum à sanctis uiris gestae. Nam Basilianus artis magicæ peritus Bulgarorum princeps ita Basilium & filium Constantinum Byzantinorum principes bello uexabat, ut paulum ab capienda urbe regia abesset negligentia Græcorum prope derelicta. Inita tamen sunt inter eos foedera, licet non aequa, & pax composita est. Adalbertus autem Bohemus Pragensis episcopus tantae sanctitatis tui habitus est, ut diuino spiritu impellente in Pannoniam descendens, & regem Vngarorum baptizauerit, & oēs prouinciae episcopos ad bene de deo promerendum exemplo & uita instruxerit.

Profectus deinde in Prussia, diu fide Christi diligētissime praedicat, martyrio coronatur. Fertur & beatus Eduardus Angliae regem sanctitate in pretio tui habitum fuisse, quem certe nouerit dolis & fraude interfectum constare. His addit & Richardus scriptor sanctum Maiolam abbatem, qui in Cluniaco magnum sui apud posteros uita & miraculorum exemplum reliquit. Donus autem anno pontificatus sui primo moritur, & in basilica Petri sepelitur: diebus tantum modo duobus sedes tum uacat.

BONIFACIVS. VII.

CXLI. pontif.

Bonifacius septimus, cuius cognomen & patria ob ignobilitatem credo reticet, pontificatum malis artibus adeptus, male etiam amisit. Nā in ito magistratu conspirantibus simul bonis ciuibus relinquere urbem coactus, pretiosissima quaeque basilica Petri subtrahens, Constantinopolim confugit: ubi tandiu substitit, quoad diuenditis quae sacrilegio abstulerat, magnam uim pecuniarum comparasset, quibus tanquam adimiculis occupandae tyrannidis fretus urbem repetit, ciues Romanos largitione corrupturus. Obstabant conatibus suis uiri boni, maxime uero Iohannes diaconus cardinalis, quem captum adiuuantibus quibusdam perniciosis hominibus, oculis statim priuauit. Atq; ipse tantorum malorum autor gliscescente maiorem in modum seditione, siue timore, siue poenitentia patrati sceleris, turpiter uitam finiuit. Vide quae quantum de generauerint hi pontifices à maioribus suis, qui hanc rempublicam christianam tam amplam tanq; magnificam suo sanguine nobis reliquere. Pontifex Romanus sacrorum pater & rex, sacra ipsa furto abstulit: & qui uindicare sacrilegia debuerat, tanti sacrilegij factus est autor. Hoc autem contingere in quauis repu. consueuit, quando plus malae ambitio & auaritia ualet, q̄ bonorum uirtus & grauitas. In clerum igitur deligendi essent, quorum uita & doctrina probata sit: non autem hi qui cum nil uirtutis & religionis habeant, ambitione & largitione sibi potentia quaerunt. Vixit autem Bonifacius in pontificatu mensibus septem, diebus quinque. Vacat tum sedes dies uiginti.

BENEDICTVS. VII.

CXLI. pontif.

Benedictus septimus, patria Romanus, statim in ito pontificatu Arnulphum episcopum Remensem seditione quorundam pulsatum, habita synodo in integrum restituit, eo maxime tempore, quo Otho secundus & Henricum Bauarorum duces rerum nouarum cupidum perdomuit, & in Lotharium mouit, qui Lothoringiam Romani imperij prouinciam occupauerat: Aquisgranensemq; agrum populatus fuerat. Otho autē superato Lothario, uastatisq; Sueffionum agris, ac incensis Parisiorum urbibus, dum in patriam copias reducit, apud Auxonam fluuium non nihil incommodi accipit. Deinde uero comparato maiore exercitu in Italiam contra Basilium & Constantinum imperatores Græcorum ueniens, qui iam Calabriam & eam partem Italiae occupauerant, quae ad Siciliam uergit, apud Basentellum superatus, scapham conscendens, salutem sibi fuga quaerebat. A piratis autē forte fortuna captus, in Siciliam defertur. Verum Siculi redempto homine, ac Romam misso, de piratis supplicium sumpserunt. Otho deinde comparato satis iusto exercitu animaduertere in Romanos & Beneuentanos constituerat, à quibus initium fugiendi factum fuerat: dum ad Basentellum contra Græcos pugnat, agere id in Romanos minus turum uisum est. In Beneuentanos itaq; conuersus, urbem capit & incendit, translato inde sancti Bartholomaei corpore, Romaeq; in insula tiberina collocato, eo loci maxime, qui olim Iouis hostia Lycaonia dicebatur: quicq; triremis puppim praese fert. Nam insula ut adhuc ex tiburtino lapide cernitur, triremis formam habuit. Ad similitudinem illius credo, qua Aesculapius Romam auctus est, uisus adhuc serpens lapidi insculptus, uisuntur transtra, adeo uiri illi excellentes studiosi erant uel naturam in artem redigere, uel artem ad naturam. Ad Othonem redeo, qui non multo post translatus sancti Bartholomaei corpus Romae moritur, & in uestibulo beati Petri (paradisum uocant) labro porphyretico, quod adhuc introeuntibus ad laeum apparent honorificissime sepelitur. Cum autem de creando nouo imperatore consultatio haberetur, & alij Othonem tertium secundi filium, alij uero Henricum Bauariae ducem

Bartholomaei
corpus trans-
fertur.

primi Othonis ex fratre nepotem exposcerent, instarentq; Itali quidam, ut Crescentio nomentano uiro clarissimo res committeretur, Germani statim, qui tum frequētes Romae aderant, Othonem tertium delegere, Instabat Benedictus uir optimus unumquemq; rogando, ut in creando imperatore reipub. Christianae consulerent, quae tum maxime perito & solerti gubernatore indigebat. Tandem uero ne seditio aliqua oriret, Germanorum sententiā approbat, Moritur & ipse pontificatus sui anno octauo, mense sexto, Vacatq; sedes diebus quinque, Valderico Amburgensi episcopo tū maxime in pretio existente doctrina, moribus & sanctitate uita. IOHANNES XV.

CXLI. pōt.

Iohannes decimus quintus, patria Romanus; uel (ut nonnulli uolūt) Papiensis, post adeptum pontificatum mense tertio à Romanis capitur, & in mole Hadriani, ut in publica custodia inelusus, ibi tamdiu pedore carceris inedia & molestia animi maceratur, quoad uitam turpiter finiuit. Sunt qui scribant eum ui mortuū fuisse à Ferruccio Bonifacii septimi parente magnae potentiae uiro, ob eam rem credo, quod filio in pontificatu aduersatus fuisset. Vt uero est, constat eum in carcere mortuū, & in basilica Petri sepultum. Deiectus ne pontificatu fuerit, uel ob impotentiam & tyrannidē, ut quidam cōiectant, uel ob inuidiam maleuolorum & seditiosorum quorundam, haud satis cōstat; adeo sunt confusa istorum temporum historiae, fuisse tamen in pretio hac tempestate constat & Odilum abbatem Cluniacensem, & Berengarium Turonensem uiros sanctitate & doctrina insignes, quanquam sint qui dicant Berengarium amplitudine doctrinae confisum, primo in fide errasse, cum de sacramento eucharistiae male opinaret, errorēq; suū postea publico concilio Romae habito emendasse, ac statim omisso studio scholasticae disciplinae, cū esset archidiaconus Andegauensis, omnia pauperibus erogans, labore manuum suarum uictum sibi quaesuisse.

IOHANNES XVI.

CXLI. pōt.

Iohannes decimus sextus, patria Romanus, patre Leone presbytero è regione Galinae albae, pontificatu miro odio in clericis exarsit, unde merito ab ipsis clericis odio habitus est, maxime uero quod diuina humanaq; omnia cognatis & affinis suis elargiebatur, posthabito dei honore & Romanae sedis dignitate, quem certe errorē ita posteris tradidit, ut ad nostram quoq; aetate peruenit. Qua quidem consuetudine nil certe dici perniciosius potest, cum non ob religionem & dei cultum appetere pontificatum nostri facerdoes uideantur, sed ut fratrum uel nepotum uel familiarium ingluuiem & auaritiam pleant. Apparuisse cometem tum serunt futurae calamitatis indicium: nam & fame & peste diu laboratum est, & terramotu Beneuentum ac Capua concussa, eaq; mala ob superbiam & rapacitatem pontificis, contemptumq; dei & hominum accidisse putatum est. Moritur autem deo uolente octauo pontificatus sui mense, sepeliturq; in basilica Petri.

IOHANNES XVII.

CXLI. pōt.

Iohannes decimus septimus, patria Romanus, pontificatum iniit Othone imperante, sed nondum coronam imperij adeptus. Fuit autem Iohannes uir tantae doctrinae, ut multa quidē eleganter ediderit, quemadmodum Martinus scribit. Agitatus deinde seditionibus à Crescentio cōsule Romano imperij urbis sibi uendicare conante, cupiditati hominis cedēs, exulatum in Hetruriam abiit. At uero Crescentius cognita Iohannis indignatione, qua percitus Othonem contra se cum exercitu in Italiam uocabat, ipsius pontificis cognatos & amicos qui in urbe remanserant, ad hominem mittit rogatum, ut omnia accerendi Othonis cura, ad urbem cum potestate redeat, polliceturq; se ei rebus in omnibus obtemperaturum. Precibus autem suorum motus Iohannes, ueritus etiam ne si Otho cum exercitu Italiam ingrederetur, plus maleficij quā beneficij secum asferret, ad urbem ueniens prodeunte obuiam Crescentio cum omnibus magistratibus, & urbana multitudine, in aedes Lateranenses magno cōmitatu introducit: quarum in uestibulo eius pedes Crescentius & omnes seditionis autores petita uenia exosculati sunt, atq; ita in concordiam redacti uitam simul quiete traduxere, Ferunt tū Henricū abbatē Lobensem in Lothoringia, & Adeoboldū ep̄m

Vitracensem, qui multa in laudem beatae uirginis, sanctaeq; crucis scripsit, & Albonē abbatē Floriacensem (qui postea in Vasconia ob fidem Christi martyrium passus est) doctrina, religione, sanctitate magno in pretio habitos. Moritur autem Iohannes pontificatus sui anno decimo, mense sexto, die decimo. Vacat tum sedes diebus sex.

GREGORIUS V.

CXLI. pōt.

Gregorius quintus, natione Saxo, patre Othone, Bruno ante uocatus, Othonis tertij autoritate ob affinitatem pontifex exagiturus, in Hetruriam primo, mox in Germaniam ad imperatorem confugit. Interim uero Romani Crescentium de nouo cum summa potestate consulē decernūt, qui statim Iohannē quendam natione Graecum Placentinū non minus pecuniosum, q̄ doctum pontificē creat, cuius certe nomen inter pōtices quidam supprimūt, utpote minus legitime creatū; alij uero XVII. hunc uocant, quod populi cleriq; Romani consensu, ad quos electio spectabat, pontificatum iniisset. At Crescentius cognito Othonis cum magno exercitu ad urbem aduentu, urbis moenia & portas q̄ diligentissime firmat. Molē Hadriani munit, positus in unaquaq; statione firmissimis praesidijs. Hinc est quod postea moles Hadriani Crescentij arx appellata est, sumpto nomine ab ipso munitore Crescentio. Superueniente deinde impatore, urbēq; oppugnare adorto, populus Romanus cū nequaquam tantis copijs par esse posset, clementia Othonis fretus, Germanis portas aperit. Tum Crescentius & Iohannes consilij & auxilij inopes, in arcem Hadriani confugientes, sese acriter contra hostes tuebantur. Verū postea spe ueniae, dū ex arce ad imperatorem se conferunt, multis uulneribus à multitudine Crescentij cōfodit. Iohannes autē, effossis prius oculis, pontificatu simul & uita priuatus, in pristinaq; sedē Gregorius. XI. mense posteaq; pulsus fuerat restituit. Is autē cognita impij imbecillitate uarietateq; fortunae, quo diutius apud Germanos summa potestas remaneret, illeq; ceteris praesertim qui uirtute & dignitate ceteris praesaret, sanctionē retulit haud abnuete Othone de imperatore eligendo anno Christi .M. ac secundo, quā usq; ad tēpora nostra seruatū uidemus. Videlicet solis Germanis licere principem deligere, qui Caesar & Romanorum rex appellatus, tum demū imperator & Augustus haberetur, si eī Romanus pontifex confirmasset. Hos autē imperatoris eligendi autoritatem primo habuisse Ptolemæus refert, archiepiscopum Maguntinū Germaniae, archiepiscopum Treuerensem Galliae, archiepiscopum Coloniensem Italiae nomine. His additi s̄. IIII. principes, Marchio Brandenburgensis imperatoris post electionē camerarius, comes Palatinus qui dapes, dux Saxoniae qui enses fert. Sunt q̄ scribāt Boemiae regē. VII. electorē imperatoris pincernam esse: hisq; in eligendo additum esse ad tollendam discordiam partium ad utros eū inclinasset ea pars, certe potior habebatur. Tulisse hoc iniquo animo Francos aiunt. Verum quia in Lodouico Lotharij filio genus Caroli Magni defecerat, regnumq; illud ad Hugonē ducem cognomento Caputium uenerat (nā à regibus ad duces res aliquādiu translata est) repetere imperium desistere: maxime uero quod ipsi duces noui homines illa fortuna tum contenti, moliri maiora non sunt: ausi: quippe qui nondum bene regni fundamenta iecerant. Laudať tñ, & merito quidem Robertum magnū Hugonis filius, regnū à p̄e accipiens fortitudine, iustitia, modestia & religioe. Hic eū est rei militaris admodum studiosus erat, tamen ubi per otium licebat, ita dei tēpla frequentabat, diuinaq; officia celebrabat, ac si sacrorum omnium inicitatus fuisset. Ferunt tantum illum eius inuentum fuisse, Sancti spiritus assit nobis gratia. His artibus autem non minus q̄ armis crediderim ego Robertum conciliasse sibi animos uulgi, eosq; à prima illa Caroli Magni stirpe ad genus suum nouum transtulisse. Ferunt tum quoq; magno in pretio fuisse Robertum quendam Carnotanum episcopum doctrina & sanctitate uita. Multa enim scripsit, & canendi modum in sacris meliusculum reddidit. Gregorius autem secundo pontificatus sui anno, mense quinto moritur, Vacat tum sedes diebus quindecim.

IOHANNES XVIII.

CXLI. pōt.

Germanis solis electio imperatoris permissa.

Principes electores.

Iohannes decimus octauus, Placentinus episcopus (ut diximus) potentia Crescentij Romani consulis fretus, quem pecunia corrupisse creditum est, tempore Gregorij quinti per factionem pontificatum occupat. Tatum enim pecuniarum ex Constantinopoli ad urbem secum detulerat, ut constantes etiam sua largitione ad maleficium impelli potuissent, necdum Crescentius homo auarissimus & regnandi cupidus. Miror ego historicos Iohannem ipsum inter pontifices numerasse, cum uiuere adhuc Gregorio sedere occupasset, nisi forte in conscribendis pontificum uitis ita faciendum censent, ut in perpetua historia sit. Nam & tyrannorum peruersae factae optimorum principum rebus gestis annumerantur, ut quantum inter se boni & mali distideant a legentibus cognosci possit, quo malorum exemplo à uitijs deterreantur; & bonorum ad uirtutem impulsu uitam ducant in terris felicem & beatam; quae quidem beatitudine Iohannes caruit, fur certe in pontificatu & latro: non enim ut par fuerat per ostium intrauit. Moritur autem, atque cum ignominia quidem decimo usurpato pontificatus mense. Vacat tamen sedes dies uiginti.

SYLVESTER II.

Syluester secundus, Gilbertus antea uocatus, natione Gallicus, malis artibus (ut aiunt) pontificatum adeptus est. Adolecens enim & Floriacensi cenobio in Aureliana diocesi posito dedicatus monachus & additus, relicto monasterio diabolium securus, cui se totum tradiderat, Hispaliem ciuitatem Hispaniae bonarum artium causa peruenit. Erat enim admodum doctrinae & literaturae cupidus, quae in re tantum proficit, ut breui ex discipulo optimus praeceptor sit habitus. Discipulos autem eius hos fuisse Martinum testatur, Orthonem imperatorem, Robertum Franciae regem, Lotharium uirum nobilitate & doctrina insignem, qui postea Zenonis archiepiscopus creatus uisus, Gilbertus igitur ambitione & diabolica dominandi cupiditate impulsus, largitione primo quidem archiepiscopatum Remensem, inde Raennatense adeptus, pontificatum postremo maiore conatu adiuuante diabolo consecutus est, hac tamen lege, ut post mortem totus illius esset, cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat. Nam cum Gilbertus regnandi cupidus diabolium sciscitaret, quamdiu in pontificatu uiuere uisus esset, Respondit humani generis hostis ambigue (ut solet) si non attrigeris Hierusalem, diu uiues. Dum itaque pontificatus sui anno quarto, mense uno, die decimo in basilica sanctae crucis in Hierusalem Romae sacrificaret, fato moriturum se statim cognouit; unde poenitentia motus & errorem suum coram populo confessus, omnes primo posthabita ambitione & diabolicis fraudibus, ad bene & sancte uiuendum adhortatus est; deinde uero unumquemque rogauit, ut post mortem truncum corporis sui laceri & disiecti, quemadmodum merebatur bigae suae perimponerent, eoque loci sepelirent, quo sponte ab equis uectum foret. Ferunt itaque delictum & prouidentiam, ut scelerati sciant apud deum locum ueniae sibi relictum esse, si in uita aliquando poenituerint, equos ipsos sponte ad Lateranensem basilicam puenisse, eoque loci sepultum eius corpus fuisse. Scribit idem Martinus tam ex collisione ossium quam ex sudore ipsius sepulchri, uel humectatione potius deinceps morituri pontificis signa, & quidem manifestissima colligi, idque ipsius sepulchri epitaphium indicare. Verum ne sitan secus, ipsi pontifices uidentur ad quos pertinet.

IOHANNES XIX.

Iohannes decimus nonus, cuius cognomen tamen & patria ob ignobilitatem ignoratur, quarto mense, die uigesimo post initum pontificatum moritur. Unde ob breuitatem pontificatus nil ab eo, uel à quopiam alio gestum memoria dignum scribitur, nisi quod illi quinque menses pontificatus multa prodigia apparuerunt, fuerunt mala indicata; uisus & cometes, & terrae motu multae urbes coeussae. In his autem malis unicum leuamen Hugo praefectus Orthonis in Italia, & Hetruriae gubernator est habitus. adeo enim iuste & integre prouinciam sibi creditam rexit, ut optimi principis desiderium nemini prouincialium reliquerit. Quem postea Pistorij mortuum Hetrusci omnes non secus ac publici parentem luxere, nullo non gratiae honoris funeri eius adhibito. Placuit hoc loco Hugonis laudes commemorare, ut gubernatores prouinciarum intelligant satius esse bene & integre uiuendo laudem & gloriam, quam male agendo diuitias male parvas cum ignominia & nota sempiterna reportare.

IOHANNES XX.

Iohannes XX. patria Romanus & regioe portae metropolitanae pontificatus iniens, ad orientem conuersus nil dignum memoria gessit. Laudari uel maxime Robertum Franciae potest, quae ea tepestate non minus pia quam regalae uita ducebat. Nam & doctrina & sanctitate omnes reges christianos ita anteibat, ut disputationibus nulli sedus haberet: longe aliter sentiens, quam nostrorum temporum reguli arbitrant, nequaquam principe dignum esse dicitur, scire litteras, cum eos maxime deceat, quod populos regunt, bene gubernandi ratione ex aliorum preceptis colligere: quod fieri sine doctrina & lectioe non potest. Quid enim aliud est princeps illiteratus, quam imago leonis ceteris feris imperantis? Sedent affectus tamen suos, tamen populos: necesse est, qui digni haberi uolunt ut alijs imperent. Merito igitur Robertum laudamus, cuius praeterea tanta fuit religio, ut quotiens sibi per occupationes bellicas liceret, horas canonicas una cum sacerdotibus caneret. Hac autem pietate hoc meritum ferunt, ut cum oppidum quoddam ex hostibus obsideret, neque horas suas intermitteret, moenia hostium diuinitus corruerent, statimque obsiderentibus suis oppidum caperetur. Iohannes uero (ut quidam auctores ferunt) pontificatus sui anno quarto, mense item quarto moritur, sepeliturque in basilica Petri. Vacat tum sedes diebus uideuiginti.

SERGIUS III.

Sergius quartus, patria Romanus, patre Martino, uir sanctissimae uitae gratiaque consuetudinis, & ante pontificatum & in ipso magistratu fuit. In pauperes liberalis, in amicos & familiares iucundus, in delinquentes clemens, in contumaces modestus. Tanta praeterea prudentia fuit, ut toto suo pontificatu nil commissum sit, quo merito reprehendi gubernantis negligentia posset. In deum enim omnem mentem conuertens (quod facere pontifices omnes deberent) iuste atque integre omnia ex animi sui sententia bene natura & moribus instituti gubernabat. Interea uero huius consilio & monitionibus principes Italiae composito foedere consilia ineunt pellendi Saracenos & Sicilia, idque moliri paribus animis & copijs instituunt. Erant tamen in Italia Tancredi magni Normandiae ducis filij plerique, quorum de numero Guilielmus cognomen Ferrerbach, tanti animi fuit, ut assumpto in societate expeditiois Malocho Michaelis Catalaici Constantino politani imperatoris copias duce, Saracenos & Sicilia breui expulerit, adiuuante etiam Capano & Salernitano principibus. Verum cum postea Malochus praedam maligne diuideret, Guilielmus dissimulandum esse ad tempus ratus, in Italiam rediens cum quadraginta milibus Normannorum militum, qui tum ab expeditione Hierosolymitana redierant, Apuliam Graeciae obtinentem occupat: ad Melphiam Malochum cum exercitu occurrentem fundit fugatque. Atque ita uirtute Guilielmi a Graecis ad Normannos regnum Apuliae transit. Verum postea mortuo sine haereditate Guilielmo Drogo frater, Drogo autem Hunfredus iunior successit, unde postea Robertus Guiscardi & Rogerius frater originem habuerunt. Dum haec autem in Apulia agerentur laborante Italia ac fere toto orbe terrarum fame ac peste, Sergius uir sanctissimus secundo pontificatus sui anno, die quintodecimo moritur, sepeliturque in basilica Petri. Vacat tum sedes diebus octo.

BENEDICTVS, VIII.

Benedictus octauus, patria Tusculanus, patre Gregorio, inito pontificatu in deum mortui Orthonis tertij locum Henricum primum de gente Bauariae imperatorem, secundum institutionem Gregorij quinti creatum corona imperij donat. Sunt qui scribant Orthonem ipsum Romae mortuum, eiusque corpus in Germaniam delatum fuisse: alij autem in basilica Petri sepultum affirmant. Vt unquam est, constat Henricum Bauarorum ducem uirum optimum ac sanctissimum imperatorem creatum, habuisse uxorem quae nequaquam mariti laudibus, pietate, religione, humanitate cederet. Verum dum is res Germaniae componit, Saraceni Italiam ingressi, Capuam occupant, Barum obsident. Barensibus autem fame laborantibus Veneti annonam classe important. At uero dum nihilominus ciuitas ipsa obsideretur, idem Veneti adiuuantibus Graecis Saracenos aggressi, multis interfectis Barum obsidione liberant, anno salutis octauo & millesimo.

CXLVII. pō.

Syluester dia-
bolo adiuuante
pontificatus
adeptus.CXLXIII.
pōtifex.Satius est bene
uiuendo laudem
& gloriam quam
male agendo
diuitias cum
ignominia re-
portare.

CXLIX. pō.

Robertus rex
Franciae.Princeps illite-
ratus.

CL. pō.

CLI. pō.

simo: quo quidem tempore Thurei Hierosolymis captis, non tamen sepulchrū dominī ecclesiāsq; montis Sion aut Bethleem uiolauerit. Laborantibus Hierosolymis succurre re Venetis erat in animo, nisi Hiadrēses hostes eos distinuissent. Quos quidem Veneti apud Lauretum tanta clade perdomuere, ut nunq̄ postea inferre bellum finitimis sint au si. Henricus autem compositis Germaniæ rebus Romā ueniens, accepta imperij corona Capuam mouens, Saracenos inde expulit, ac Bubaganū Græcorum ducem, qui Mauris fauerat, accerrimo bello adeo persecutus est, ut eum quoq; ē Troia eiecisset, quæ in finibus Apuliæ a se eo loci condita fuerat, ubi olim Hannibalis castra sunt habita. Sunt autē qui scribāt Henricum cum uxore Cunegunda ita caste ac sancte uixisse, ut uterq; in morte miraculis claruerit. In uita enim nil prætermisere quod ad honorem dei pertinere, Nam & Bambergensem fundauit episcopatum, & sorore suam regi Vngarorū in uxorem collocauit, cuius opera rex ipse & populi omnes imperio eius subiecti, integram Christi fidem acceperunt. Morit̄ autem Henricus octauo imperij sui anno magno de se relicto apud suos desiderio, Bñdictus uero mortuo Henrico, quo defensore rebus in omnibus utebat̄, per seditionem alio in locum eius suscepto pellitur. Verum postea inita cum inimicis suis concordia pulso adulterino pontifice, in urbem cum dignitate rediens, undecimo pōtificatus sui anno, mēse uno, die, XIII, moritur, sepeliturq; in basilica Petri. Sunt etiā q̄ referāt episcopū quendā die in solitudine uidisse Bñdictum equo nigro insidentē, cuiq; interrogasse, qd̄ causæ esset, cur mortuus equo nigro ueheret̄. Tū Bñdictum hoīem rogasse, ut pecunias quas occultauerat (locū indicat) paupib; suo noīe erogaret; quæ antea data fuerant elemosynarū nomine, nil ei p̄fuisse, q̄ ex rapinis partas cōstabat. Facit mandata episcopus, ac statim episcopatu se abdicat, et uitā monasticā amplectitur. Scribit Vincētius Gerardū canadēsem episcopū doctrinā & moribus eisdē tēporibus magno in pretio fuisse, huic addit Guthet episcopū Pragēsem doctrinā & sanctitate uitā tū præcellentē, & ob eā rē ab hostibus orthodoxæ fidei martyrio coronatū. Tāta p̄terea eodē tēpore peste laboratū est, ut plures mortui q̄ sup̄stitēs sint habitī. Quā quidē calamitatē in Lothoringia fons saluberrimæ aquæ indicauit in sanguinē tum uersus.

IOHANNES XXI.

Iohannes uigessimus primus, patria Romanus, patre Gregorio episcopō Portuensis, ut quidā uolunt: ut alijs placet, nullis sacris antē initiatus pontificiū munus suscepit, eo tpe q̄ Cōradus Sueuus in demortui Henrici locū triennio post legitimis suffragijs impator, creat̄. Hoc autē inter regno crediderim ego multas Italiæ ciuitates spe libertatis erectas ab impio defecisse. Hanc ob rē Cōradus uir in re militari præstās, q̄ppe quā apud Henricū diu ordinū dux fuerat, coactis prope copijs in Italiā descendēs, primo in Mediolanenses ducit tāta defectiōis autores, eos obfidet, suburbia incendit, exciditq; & interitū urbi minatur. Mutata deinde sentētia obfidionē soluit, Coloniesi antistite id ei suadēte, q̄ diceret beatū Ambrosiū ei inter missas solēnia apparuisse, exitūq; oībus minantē nisi ab urbe discederēt, cuius patrociniū ipse sumpserat. Romā itaq; Cōradus p̄ficiscens accepta a Iohāne pōtifice impij corona, in Sclauos & Vngaros ducit, q̄ rebellantibus Italiis auxiliā præstiterant, eosq; breui p̄domuit. At uero Rodolphus Burgundiæ onum dux suorum seditionibus uexatus, Conradi fidei & patrociniū se commisit. Quā ob rem Burgundiā deinceps imperialis prouincia aliqua ex parte habita est. Ferunt Cōradum ipsum leges multas ac peruitiles quidem tulisse, hanc præcipue ut cuius principis capitale esset pacē & quietē prouinciæ turbare. Hac itaq; ratione motus, Lapulum comitē Germaniæ accerrime p̄secutus est, q̄ ab eo turbādū otij & quietis initiū ortū fuerat. Nuncios præterea misit, qui Græcis & Normannis inter se de regno Apuliæ cōcertantibus imparerent, ut ab armis discederēt. Romanis quoq; exitiū interminatus est, si diutius quē admodum ceperant pontificem seditionibus uexassent, cuius tpe quorundā abbatū sanctitate & uita monastica religio in Gallia p̄cipue floruit, & Himericus beati Stephani Vngarorū regis filius sanctissim⁹ ob miracula est habitus. Iohānes autē cui⁹ uita mirifice laudat̄, undecimo pōtificatus sui anno, die, IX, morit̄, Vacat tū sedes dieb; octo.

Benedictus nonus, ut quidā uolunt Iohānis nepos, patria Tusculanus, patre Albrico, eo tēpore pontificatū iniit, quo Cumitus Angloꝝ rex uoti & religiois gratia Romam uenit, q̄ uoti cōpos factus in patriā rediēs, fillā suā Henrico Conradī filio in matrimoniū locat. Veꝝ nō ita multo post Cōrado uita functo, Henricus filius eiusdem nominis secundus patri succedens, cōparato statim exercitū cū Olderico Boemorū rege dubio Marte decertat. Repetito deinde certamine Olderici⁹ superat & capit, uectigalēq; factū incolumē dimittit. Mouēs deinde in Vngaros de regno inter se distidētes, Petri ab Alboino pulsum in regnū restituit. Interim uero Romani Benedictum hoīem ignauū, & nullius pretij perosi ē sede deiciunt, in eiusq; locū sufficiūt Iohannem fabinū episcopū, Syluestrū tertiuū appellātes, quo post nouē & XL dies pulso, denuo Benedict⁹ restituit. Is autē cū cereret se iterū subitū eadē discrimina, Iohāni archidiacono sancti Iohānis ad portā latinā, q̄ postea Gregorius sext⁹ appellat⁹ est, pontificiū munus libere cessit: uel (ut quidā affirmant) uendidit. Hāc ob rē merito ab oībus Bñdictus ipse accusat⁹ est, & iudicio diuino dānatus. Constat eū simulacrū eius admodū mōstruosum post mortē cuidā apparuisse: interrogatūq; qd̄ illa horrida imago p̄ se ferret, cū antea pōtiffex fuisset. Quia (inquit) in uita sine lege & ratioe uixi, ideo uolētē deo et Petro, cuius sedē oībus probis fœdauī, simulacrū meū plus feritatis q̄ humanitatis in se habet. Nā cū annis decē, mensibus quatuor, diebus nouē p̄ interualla sedē Petri occupasset, tandem moritur. Nec uacasse tum sedes dici potest, cum pontificatū uendiderit. Sunt q̄ scribāt hoc tempore Gerardum Venetum Vngarorū episcopū, uirū optimū & doctissimum ab hostibus christiāne fidei martyrium æquissimo animo passum. Ad currum eū ligatus ex altissimo monte in præcep̄ demittitur ac laceratur.

SYLVESTER. III.

Syluester tertius, patria Romanus, patre Laurentio, in locum pulsi Benedicti subrogatus, non diu in pontificatu mansit. Non enim & quadragesimo die factione suorum Benedictus restituitur. Eo enim tum pontificatus deuenit, ut qui plus largitione & ambitione, non dico sanctitate uitæ & doctrinā ualeret, is tantummodo dignitatis gradum bonis oppressis & reiectis obtineret, quem morem utinam aliquando non retinuissent nostra tempora. Sed hoc parum est, peiora (ni deus caueat) uisuri aliquid quando sumus. Ad Syluestrum redeo cardinalem Sabinum pontificem creatum, non dico a collegio patrum, quod tolerabilis fuisset, sed largitione, ut quidam tradunt: quod quidem pulso ac merito, cum non per ostium, sed per posticum intrasset ut fur & latro, Benedictus denuo restituitur tumultuante urbe, & nunc unum nunc alium appetente, quod fieri ab his populis consuevit, qui duce & rectore carent, quicq; malos plures q̄ bonos faciunt.

GREGORIVS. VI.

Gregorius sextus, sancti Iohannis ad portam latinam archidiaconus, pontificatus (ut diximus) a Benedicto nono accepit. Has ob res Henricus secundus in Italiam cum magno exercitu ueniens habita synodo, cum Benedictum nonū, Syluestrum tertium, Gregorium sextum tanq̄ tria teterima monstra abdicare se magistratū coegisset, Syndergerum bambergensem episcopum, cui Clementi secundo appellatio fuit, pontificem creat. Gilbertus tamen historiarius scriptor, affirmat Gregorium bene de ecclesia dei meritum esse, cum sedis apostolicæ dignitatem negligētia priorum pontificum labefactam sua auctoritate & animi magnitudine breui restituerit. Nam & ditionem ecclesiæ recuperauit, & latrones circa urbem positos, quorum sauitia peregrini ad urbem religionis causa accedentes necabantur, ē medio sustulit, prius execrationibus & interdictis admonitos, deinde ui & armis domitos. Hanc ob rem ferunt a perniciosis hominibus uulgo homicidam, simoniacum & sanguinis humani appetentissimum habitum, idq; a cardinalibus etiam quibusdam prædicari solitum. Mortuum itaque Gregorium ipsum in ea ægritudine, qua postea moritur, cardinales ad

Bambergensis episcopatus.

Adulterinus pontifex.

CLII. pont.

Burgundiā imperialis prouincia.

se uocatos uerbis castigasse, quodq; iuste & sancte fecisset, ipsi lluore moti reprehenderent, & ut inquit scire possitis, ubi mortuus fuero, recte an perperam fecero, corpus meum ante fores ecclesie sistite neq; obferatas, si diuino nutu aperientur, cenfotore me dignum Christiana sepultura: sin fecus, corpus meum una cum anima damnatum, quod uolueritis eicitote, Fecerere mandata Cardinales, atq; ita porta coorto graui uento aperta sunt, & corpus cum admiratione omnium & opinione magna sanctitatis introlatum est. Hac fere sunt quae a uarijs autoribus de Gregorio scribuntur: quem quidem constat in pontificatu sedisse annis duobus, mensibus septem durante schismate,

CLVI. ponti.

CLEMENS. II.

Clemens secundus, Syndergus antea uocatus, Bambergensis episcopus in synodo pontifex creatur, annuente Henrico secundo, uel imperante & cogente potius. Verum Henricus accepta a Clemente imperij corona, Romanos in uerba sua iurare coegit pontificum electioni se nequaquam interfuturos, nisi iussu imperatoris id facere cogerentur. Videbat enim imperator eo licentiae factiosum quensq; potentem, quis ignobilem deuenisse, ut corruptis suffragijs tantam dignitatem cosequeretur: quae certe nisi sanctitate & doctrina bene meritis uolente deo demandari cuiuspiam non deberet. Inde uero Capuam profectus, rebus in prouincia bene dispositis, conductisq; eos loci militibus, qui Saracenis hostibus resisterent, Roma deinceps in Germaniam iter facit, Abeunte itaque imperatore, ut quidam scribunt, Romani pontificem iniussu suo creatum ueneno e medio sustulere, pontificatus sui mense nono. Scribunt autores uenenum ipsum in hos usus a Stephano paratum, qui ei in pontificatu successit, Damasusq; secundus appellatus est, eo maxime tempore, quo Odiloni abbati cluniacensi in magna sanctitate mortuo Hugo abbas substituitur, uir gnae pietate, religione, clementia, doctrina insignis, regnante altero Henrico in Francia, Alphonso in Hispania, Michaele cum filio Constantino Byzantij: quod quidem imperium iam tum maxime labefactatum erat.

CLVII. ponti.

DAMASVS. II.

Damasus secundus, natione Bauarus, cognomento Bagnarius, uel Pepon, ut quidam uolunt, pontificatum per uim occupat, nullo cleri populiq; consensu. A deo enim inoleuerat hic mos, ut iam cuiusq; ambizioso liceret Petri sedem inuadere. Sed obstitit deus iustus uindex, ut is caeteris exemplo esset, ne quod uirtus dare consuevit ambitione & largitione quareretur. Nam tertio & XX. pontificatus sui die moritur. Cenfent nonnulli hunc inter pontifices nequaquam numerandum esse, cum non recte pontificatum adeptus sit. Mirantq; cur Romani tanta rei indignitate moti contra iurandum Henrici iussu habitum abdicare se magistratu homine statim non coegerint. Sed cum breui admodum tempore uixerit, cumq; uix sui colligendi Romanis facultas data sit, nequaquam eos aliqua censura dignos putauerim. Ad Leonem deinceps transeamus.

CLVIII. ponti.

LEO. IX.

Leo nonus, natione Alemannus, anno domini millesimoquadragesimo nono pontificatum hac ratione inijt. Nam cum Romam legatos ad imperatorem misissent orati, ut optimi pontificis sibi daret, is statim Baunonem episcopi Tullensem, uirum bonum & simplicis ingenij legatis & ecclesiae Romanae obtulit. Cuius quidem Romam pontificio habitu petenti, abbas cluniacensis & Ildebrandus monachus Sorana oriundus, obuia facti puaferunt, ut deposito pontificali ornatu Romam priuatus ingrederetur, q; dicerent Henricum nullam creandi pontificis potestate a deo habere, sed ad clerum populumq; Romanum id pertinere. Motus his uerbis Leo, cum etiam uocem e caelo in eundem audiuisset, ego cogito pacis cogitationes non afflictiois, deposito pontificio apparatu priuatus urbe ingreditur, seipsum accusans, q; imperatori maluerit q; deo obtemperare. At uero Romanus clerus suadente Ildebrando eundem Baunonem in pontificem eligunt, eo libentius q; omnem auctoritate eligendorum pontifici ab imperatore (ut par erat) ad clerum transfuisset, Fecerat tñ uita quorundam pontificum, quem admo

du scripsimus, ut merito ipsi clero sublata potestas uideat dei iudicio, quo in melius coram metes flagitijs cotaminatae aliquid uerterent, ne christiana respu, malis rectoribus commissa pessundaret. Pontificatus itaq; hoc modo Baunon adeptus, ac mutato noie Leo nonus appellatus, Ildebrandum ipsum statim sanctae Romanae ecclesiae diaconum cardinale creataeideq; sancti Pauli ecclesiam gubernanda committit, ut quasi cofors pontificij muneris secum uideret. Cum alter Petri alter Pauli templum tueret & regeret, interim uero Drogone Normannorum comite in Apulia mortuo, Gisulphus frater regni adeptus, Beneuentum urbem Romano pontifici dedita p uim occupat. Na cum Henricus impator in honore beati Georgij templum Bambergae condidisset, cupetq; id in cathedralis ecclesiae cosecrari, annuente Benedicto octauo quotannis cesus noie daturae ecclesiae ipsam Romano pontifici, centum argenti marcas cum equo albo ac phalerato Leo nonus dono Beneuentum ab impatore accipiens, Bambergensis ecclesiae tributum remisit. Hanc itaq; ob rem Leo suo iure & copij impatoris fretus, cum in Gisulphum incoposito agmine mouisset, ab eo superat & captus. Nec ita multo post Romam incolumis cum magno comitatu remittit. Sunt qui scribunt Robertum Guiscardum e Gallia in Italia cum exercitu profectum, fugatis Graecis & Aphris Apuliam occupasse, statutaq; reperisse circa caput aenei circuli habentem, his literis notatum, Calendas Maij oriēte sole aureum caput habeo. Vnde Saracenis quidam magicae obseruationis peritus a Roberto Guiscardi captus, notato termino umbram ipsius statuae, calendis Maij oriēte sole effosso loco thesaurum inuenit, quo se a Roberti manibus liberauit. Ad Leonem redeo, uisq; certe pietate, innocetia, benignitate, gratia, hospitalitate adeo insignem, ut eius domus pegrinis & paupibus semp patuerit. Na cum semel an fores suas leprosum pauperem inuenisset, etiq; praemisericordia collocari in lecto suo madaffer, aptis manibus sanitoribus, nusquam pauper inuētus est. Christum pauperis noie eo loci recubuisse creditum. In rebus praeterea ad religionem pertinentibus tanta diligentia & solertia usus est, ut & in concilio Vercellensi Berengarium haereseos autorem damnauerit, & Constantinopolitanum imperatorem suis monitionibus impulerit sepulchrum domini Hierosolymis a barbaris diruptum restituere, eo maxime tempore, quo & Theobaldus nobilis Francus sanctitate uita apud Vicentinos in pretio fuit, & Vincentius Franco Leodiensis episcopus doctrina & moribus insignis, ad Hermannum praestatis ingenij uisq; de quadratura circuli docte multa & acute scripsit. Moritur autem Leo pontificatus sui anno quinto, mense secundo, die sexto,

VICTOR. II.

CLIX. ponti.

Victor secundus, Glebardus antea uocatus, natione Alemannus ex Bauaria pontificalem dignitatem post Leonem adeptus est, magis Henrici gratia quam liberis suffragijs. Verebatur enim clerus populusq; Romanus Henrici potentiam, quem in creandis nouis pontificibus aliquando laeserat. Ne itaq; contra iusturandum moliri aliquid uiderentur, Victorem proponunt, legato Ildebrando ad Henricum ob eam rem misso, qui omnia ex sententia Romani cleri imperatorisq; perfectit. At Victor in se de omnium consensu confirmatus magnam synodum abnuente imperatore Florentiae habuit, in qua quidem multos episcopos, tum simoniae, tum fornicationis causa episcopatu priuauit, clerumq; admonuit qd maxime ad se prineret, pposita poena his q; leges canonicas transgredierent. Sunt qui scribant Victorem ad Henricum profectum, magnificentissimeq; ab eo habitum. Sed ego solum Ildebrandum eod profectum puto, qui auctoritate legationis fretus, Henricum tertium Henrici filium Caesarem creat. Interim uero dum Capua a Saracenis obsideretur, trepidarentq; omnes finitimae ciuitates, Robertus Guiscardus sumptis armis, fugatis Saracenis, & Campanos obsidione, & finitimos omni formidine uno impetu liberat. Vnde autem originem habuerit Robertus ipse, haud satis constat, cum alij Normannum, alij Francum fuisse existiment. Vt cumq; sit, constat eum magnanimi excellentisq; ingenij fuisse, & ob eam rem merito Apuliae regnum adeptum. Victor autem pontifex, de quo nunc sermo fit secundo pontificatus sui anno, mense tertio, die quartodecimo moritur, Vacat tum sedes diebus, XI.

thematzare, & quouis humano auxilio à sede apostolica propellere: atq; quouis in loco, si in urbe non liceat catholicos huiusce rei causa congregare. In eodem quoq; concilio reuocatum ab errore suo Berengarium diaconum Andegauensis ecclesie ferunt, qui arbitratur in sacramento eucharistie & calicis non esse uerum Christi corpus, integrumq; sanguinem, nisi ut in signo & figura mysteriouis: quem quidem errorem instante & urgente Nicolao & Alberico diacono uiro doctissimo publice confessus est, affirmans illud esse uerum Christi corpus, integrumq; sanguinem. Scripsit tunc errorem à Leone nono damnatum, non tamen emendatum fuisse. Quæ certe laus tota Nicolai est, ut Lafrancus scribit, uir ea tempestate doctissimus, qui errores eiusdem Berengarii præclaro opusculo notauit, Dum hæc à pontifice Nicolao Romæ agerentur, Gothifredus Normannus qui Drogoni fratri in Apulia & Calabriaq; comitatum successerat, moriens Bagelardum filium comitatus hæredem instituit, uerum Robertus Guiscardi frater (ut quidam uolunt) hoc agere ferens, pulso nepote, Apuliam & Calabriam occupat, adiecta Troia, quæ pontificibus Romanis parere consueuerat. Hanc autem ob rem indignatus pontifex, non nihil Roberto succensuit. Is uero cum postea rogatu Roberti in Apuliam profectus fuisset, receptis quæ de ecclesia amiserat, non solum hominem in gratiam accepit, uerum etiam eundem uectigalem ecclesie factum, Calabria & Apulia provincias Romanæ ecclesie censuarias ducem creat. Accepto deinde magno à Roberto exercitu ad urbem rediens, Prænestinos, Tufculanos, Nomētanos Romanæ ecclesie rebelles perdomuit. Tiberim quoq; traiciens, direpta Gallera alijsq; Gerardi comitis Sutrium usque castellis expugnatis, ditionem Romanam tutiorem reddidit. Sunt qui scribant Henricum tertium à Nicolao secundo coronam imperij accepisse, totoq; tempore pontificatus sui ob beneficium acceptum, nil contra ecclesiasticos molitum esse. Nicolaus autem uir omni uita probatus, tertio pontificatus sui anno, mense. VI. die. VI. & XX. moritur. Vacat tum sedes diebus. XII.

ALEXANDER. II.

Alexander secundus, Anselmus antea uocatus, patria Mediolanensis, episcopus Lucensis, mortuo Nicolao ob humanitatem, benignitatem, & doctrinam abfens etiam pontifex creatur. At uero Cisalpini episcopi arbitrati ob dignitatē provincie suæ, par esse, ut e suo numero aliquis eligeretur, Giberto Parmensi, uiro potentissimo admodum annitente ab Henrico imperatore obtinere, reclamante eius uxore Hagnete, ut alter quoq; pontifex eligeretur. Quare episcopi ipsi habito concilio, Cadolum Parmensem episcopum pontificem creant. Cui statim cisalpini omnes obtemperauere, præter Mathildim optimam foeminam, & cum ecclesia Romana bene sentientem. Superueniente deinde Cadolo ab his qui Alexandro aduersabantur accito, in pratis neoronianis sub radicibus aurei montis graue prælium committitur: in quo multi utriusq; cecidere, Alexandro & Gothifredo Mathildis uiro sese ad ædes lateranensium continētibus. Incerti enim erant quibus potissimum se tuto committerent, adeo omnia infida & fluxa uidebantur. Sunt qui scribant Alexandrum ante prælium commissum, Lucam profectum uitandæ cædis causa, eoq; loci quiete aliquandiu uixisse. Neq; ingratum tantæ erga se Lucensem beneuolentiæ, ecclesiam & ciuitatem multis priuilegijs, ut in eorū annalibus apparet, insigniorem reddidisse. Repulsus tandem ab urbe Cadolus non diu in pronicia quæsiuit: accitus enim à Romanis quibusdam, quorum maxime intererat omnia Romæ perturbari explendarū uoluptatū causa, comparato maiore exercitu q̄ antea Romam uenit, ac urbem Leoninam ecclesiamq; beati Petri ui occupat. At uero erumpētibus Romanis cum Gothifredi copijs tantus terror repente hostes inuasit, ut & effusa fuga omnes abierint, & paulum abfuerit, quin Cadolus caperetur à suis derelictus, quem Cincius Romani præfecti filius facto cum suis cuneo p̄ media ciuium agmina ægre in arcem Hadriani perduxit, ubi aliquandiu obfessus, cum nullam libere abeundi subesse sp̄e uideret, trecentis argenti libris ab his se redimens, qui arcem obfidebant, consensu stitigossimo equo inde solus aufugit. At uero Otho Colonienfis archiepiscopus apud

CLXIII. pont.

STEPHANVS IX.

CLX. pontif.

Ecclesia Mediolanensis Romanæ restituta.

Stephanus nonus, Federicus antea uocatus, natione Lothoringus, Cassinensis abbas pontificatum adeptus, statim curauit ut Mediolanensis ecclesia quæ à Romanis ducentis fere annis se subtraxerat, nunc demum eidem obtemperaret, ut ueræ omnium ecclesiarum parenti & altrici, quam postea non secus obseruauit, ac ueræ filie pietissimam matrem facere consueuerunt. Hoc fere tempore & Henricus tertius in locū Henrici patris demortui sufficitur: & Alexius Nicephoro imperatori Constantinopolitano succedit. Et Robertus Guiscardi Græcos magno prælio superatos & Calabria omnino expulsi, relicti tantummodo Græcis sacerdotibus, qui usq; ad nostram ætatem linguam seruant cum moribus. Adeo em Constantinopolitanum imperium iam erat imminutum à Saracenis, ut ægre Thraciam, Galatiam, Pontum, Thessaliam, Macedoniam, Achaïam obtineret, & quibus prouincijs nunc Thurci, nunc Saraceni quotidie aliqd subtrahebant. Stephanus autem septimo pontificatus sui mense, die octauo Florentie moritur, eo quoq; in loco honorifice sepelitur, ut Martinus scribit. Sunt qui dicant Stephanum pontificem in Henrico imperatorem hæreseos nomine inuectum esse, quod summorum pontificū autoritatē diminueret contēpta religione, spr etoq; immortalī deo,

BENEDICTVS X.

CLXII. pontif.

Benedictus decimus, natione Campanus, qui prius nuncius dicebatur, Veliternus episcopus, factione quorundam nobilitū eo maxime tempore pontifex creat, quo Hagnes Henrici tertij mater Gibertum Parmensem uirum insignem regni Italici gubernatorē instituit. Erat & tū in Italia Gothifredus Mathildis comitissæ foemina nobilissima maritus, uir sane potens. Nam Mathildis mater Beatricis Henrici secundi imperatoris foror fuerat, nupseratq; Bonifacio cuidam uiro potētissimo ac nobili Luca urbe Hetruria oriundo: quo mortuo omnis potētia primo ad Beatricē, postea ad Mathildim & maritum Gothifredum peruenit. Nam & Lucam & Parmam & Rhegium Lepidi & Mantuam & eam partem Hetruriæ possidebant, quam nūc patrimonium sancti Petri uocamus. Ad Benedictum redeo ab Ildebrando pontificatu pulsum, q̄ nō per ostium quemadmodum decebat, sed per uim & largitionem intrasset. Fidem enim dederat clerici omnes Ildebrando archidiacono, non prius se habituros suffragia noui pontificis creandi, quam ipse Florentia, quo tum proficiscebatur ad urbem reuerteretur. Rediens itaq; cum Gerardo episcopo Florentino in omnes acerbissime inuectus est, tum uel maxime in eos qui fidem dederant se eius aduentum expectaturos. At uero cum hac de re magna contentio esset, probarentq; nonnulli Benedictum ipsum ut uirum optimum & sapientissimum, contra autem eam electionem pleriq; magnis clamoribus improbarēt, utpote minus canonicæ & legitime factam, tandem plurimorum consensu Ildebrando instante Gerardus uir tanto magistratu dignus, electo Benedicto pontifex creatur. Sunt tamen qui scribant hanc electionem Senis factam, cum libera suffragia Romæ ob factionem quorundam potentum haberi non possent. Benedictus itaq; mense nono, die uigesimo pontificatu defectus, Velitras exulatum abiit.

NICOLAUS II.

CLXII. pontif.

Nicolaus secundus, natione Allobrogus, Gerardus antea uocatus, episcopus Florentinus ob uirtutem & animi præstantiam abrogato Benedicto, haud legitime creato, pontifex maximus Senis decernitur, qui statim inito pontificatu Sutrium concessit: ibiq; anno domini millesimo quinquagesimo nono concilio habito, cui non solum episcopi, uerū multi Italiae proceres interfuerunt, Benedictū abdicare se pontificio munere & habitu coegit, & Velitras exulatum abire. Inde uero Romam proficiscens, secundo apud Lateranum concilio habito legem tulit, ut in decretis legitur, Romanæ ecclesie admodum salubrem, quæ talis est, Si quis pecunia uel gratia humana aut populari militari ue tumultu sine concordī & canonica electione cardinaliū fuerit in throno Petri collocatus, is non apostolicus, sed apostaticus, id est, à ratione deficiens merito uocetur, liceatq; cardinalibus, clericis & laicis deum colentibus, illum ut prædonem ana-

Henricum adolescentem Hagnetem criminatus, quod contra maiestatem imperij Christiana respu. mulieris nutu gubernaretur, accepta potestate componenda ex arbitrio ecclesie dei Romam ueniens, Alexandrum primo quidem grauissimis uerbis increpat, quod sedem Romanam iniussu Cesaris, & contra atque consuetudo & lex ipsa iubeat occupasset. Tum Ildebrandus archidiaconus, qui forte tum aderat, partes pontificis acerrime tutatus, quod diceret electionem ad clerum pertinere, si ius, si antiquam consuetudinem uellet inspicere, facile Orthonem in sententiam traxit. Quare Henricus cognito errore ad se postremo rediens Alexandrum rogat, ut concilium quo se peruenturum pollicetur indicat. Vrbs Mantua ad eam rem potissimum idonea uisa est, eo proficiscuntur omnes, ad quos pertinere uidebatur ecclesie salus et tutela. Vbi compositis rebus omnibus imperator ipse non solum in gratiam pontificis rediit, uerum etiam precibus ab eo impetrauit, ut & Cadosio ueniam petenti ignosceret, & Gibertum tanti mali (ut diximus) autorem Rauennatis ecclesie archiepiscopum crearet, primum haud grauate fecit, saluatoris nostri exemplum imitatus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare. secundum inuitus concessit, & non nisi precibus Henrici fatigatus: quod uerebatur, sicuti postea accidit, ne ea res ecclesie Romanae magnas calamitates afferret. Aciens Mantua pontifex, ac Luca iter faciens, ecclesiam maiorem, cuius episcopus antea fuerat, sacris solennibus adhibitis consecratur, tadium ibi inueneraturus, quoad ab Ildebrado archidiacono res in Apulia pacatioris redderentur. Is enim acceptis a Mathildi comitissa auxiliariis copijs, non solum Richardi & Guilielmi impetus repressit, uerum etiam eos coegit, quae de ecclesia cepissent restituere. Veniens itaque ad urbem Alexander pontificatus sui anno. XI. mense. VI. moritur, in basilica Lateranensi sepelitur nullo genere honoris, quod impendi summo pontifici potest, non adhibito, & a clero & a populo. Ferunt tamen magno in pretio fuisse Iohannem Guibertum monachum uallis umbrosae, & illius ordinis autorem uirum sanctissimum ac miraculis insignem.

GREGORIVS VII.

CLXXIII. p.

Gregorius septimus, Ildebrandus antea uocatus, natione Hetruscus, patria Soranenensis, patre Bonicio, omnium bonorum consensu pontifex creatus. Ipse autem electionis uerba ita annotata sunt, Nos sanctae Romanae ecclesiae cardinales, clerici, acolyti, subdiaconi, presbyteri, praesentibus episcopis, abbatibus multisque tum ecclesiasticis tum laici ordinis, eligimus hodie. X. kalendas Maii in basilica sancti Petri ad uincula, anno salutis. M. LXXXII. in uerum Christi uicarium Ildebrandum archidiaconum uirum multae doctrinae, magnae pietatis, prudentiae, iustitiae, constantiae, religionis, modestum, sobrium, continentem, domum suam gubernantem, pauperibus hospitalis, in gremio sanctae matris ecclesiae libere a teneris annis usque ad hanc aetatem educatum, doctum: quem quidem cum ea potestate ecclesiae dei praesse uolumus, qua Petrus dei mandato quondam praesuit. Adeptus pontificatum Gregorius statim Henricum imperatorem admonet, ne deinceps largitione corruptus, episcopatus et beneficia alicui per simoniam cupiditatem committat, aliter se usurum in se & delinquentes censuris ecclesiasticis. His admonitionibus & quidem sanis non modo non obtinuit Henricus, uerum etiam Hagnetem imperatricem bene admonentem, quid fieri cum religione oportere, omni administratione depulit. quae Romam profecta non diu superuixit, dolore animi uita cum morte permutans. Tandem uero multis legationibus ultero citatque missis, imperator in gratiam cum Gregorio rediit, eundemque in pontificatu confirmauit, ut tum imperatorum mos erat. At uero cum Henricus in bono leuis, in malo pertinax, simoniam nequaquam ommitteret, saepius admonitus omnes illos anathematis censura pontifex notauit, qui episcopatus & beneficia largitione adepti erant. Et ne id temere fecisse uideretur, concilio apud Lateranum habito, in quo multi episcopi interfuerunt, maxime uero Gibertus Parmensis archiepiscopus Rauennas ratione reddidit, quae ob rem censuris ecclesiasticis simoniacos notasset, facturum quoque id in imperatore crebro dicebat, nisi sententiam mutaret. Tum uero Gibertus soluto concilio, & criminandi Gregorij occasione nactus, ad pontificatum uia quaerens, Cincium Romanum ciuem Stephani praefecti urbis filium, hominem teme-

Verba quibus
in pontificatu
eligendis utitur.

rarium & seditiosum in pontifice animat, magna ei pollicetur imperatoris nomine, si tantum facinus ex sententia consecisset. Structis itaque insidijs Cincius, dum pontifex mediano nocte natalis domini nati celebrat in templo beatae Mariae ad Praesepe, quae maior nunc dicitur, irrumpens cum satellitibus & coniuratis, dum hostiam sacrificij comminuit hominem caput, & in regione Parisiensi secum trahens, in turri quadam munitissima eum collocat. Sequenti uero die populus Romanus cognito facinore in Cincium arma suscipit, pontifice liberat, aedes ac turrim seculerati hominis a fundamentis euertit, familiamque eius naves mutilat ab urbe pellit. Ipse uero Cincius tanti mali autor fuga salute quaerens, in Germaniam uarijs tramitibus ad imperatorem tandem peruenit. Gibertus autem tanti doli machinator, cum insidiae ex uoto non successissent, simulata beneuolentia a pontifice dimissus, Rauennam peiora moliturus se contulit. Nam & Theobaldum Mediolanensem archiepiscopum, & plerumque alios Cisalpinam antistites comminatur in Gregorium pollicitationibus perpulerat. His addidit Hugonem Candidum sanctae Romanae ecclesiae cardinale: qui etiam ante idem fecerat, in gramque simulato animo redierat, nunc malum animi, mala mentem praese tulit. Is enim uiribus omnibus annixus est, imperatorem & Normanos inter se de imperio dissidentes, composita pace, inuitisque foederibus in pontifice committit. Quod ubi Gregorius rescieuit, congregata ad Lateranum synodo, propositis rationibus quare id faceret, Gibertum & Hugonem dignitatibus priuatos anathemate notat. Dum haec Roma agerent, Henricus cum Saxonibus hostibus feliciter pugnans, adeo felicitate illa elatus est, ut habito conuentu apud Wuormatiam Sigifredo archiepiscopo Maguntino negotiorum procurante, interdiceret omnibus ausus sit, ne ulla in re pontifici Romano obtinere rarent, ex illo autem conuentu mandato Henrici Romanus clericus Parmensis Romam ueniens, et Gregorio publice interdixit, ne quid ageret deinceps quod ad magistratum pontificis pertineret: & cardinalibus ipsis mandauit, ut relicto Gregorio alium habiturum pontificem ad se proficiscerent. Tum Gregorius tanta iniuria diuinam maiestatis causa non diutius ferens, & Sigifredum aliosque clericos cum Henrico sentientes dignitatibus ac beneficijs priuauit, & imperatorem ipsum anathemate notauit, priuatum prius omni regia administratione, Abrogationis autem pontificiae habita fere haec formula est. Beate Petre apostolice princeps inclina quaeso aures tuas, & me seruatum tuum exaudi, quem & ab infantia educaui, & usque ad hunc diem ab iniquorum manibus uendicasti, qui me pro mea in te fide oderunt & persecuti sunt, tu mihi testis es optimus, & pia Iesu Christi mater, et frater tuus Paulus tecum martyrij particeps me non sponte, sed inuitum pontificatus gubernacula suscepisse. Non quod rapina arbitratus sum sedem tuam legitime conscendere, sed mallebam uitam meam in peregrinatione degere, quam locum tuum pro fama & gloria tantum occupare. Fateor ego, ac merito quidem mihi tua gratia, non meritis meis populi Christiani curam demandatam esse, concessamque ligandi & soluendi potestatem. Hac itaque fiducia fretus, pro dignitate et tutela ecclesiae suae sanctae omnipotentis dei nomine patris, filij, & spiritus sancti, & Henricum regem Henrici quondam imperatoris filium, qui audacter nimium & temerarie in ecclesia tua manus iniecit, imperatoria administratione regiaeque despecto: & Christianos omnes imperio subiectos iuramento illo absoluo, quo fide ueris regibus praestare consueuerunt. Dignus est enim, ut is dignitate careat, qui maiestatem ecclesiae imminuere conatur. Praeterea uero quia monita mea, imo tua ad suum populumque salutem praesentia contempsit, & se ab ecclesia dei, qua seditiosum perfundare cupit separauit, eum anathematis uinculo colloquio, certo sciens te esse Petrum, in cuius petra, ut in uero fundamento rex noster Christus aedificauit ecclesiam suam. Fuere tamen multi post execrationem, qui pacis mentionem facerent: Quibus ita Gregorius respondit, se pacis condiciones non abnuere, modo Henricus ipse prius in oculis deo pacem inerat. Non ignoratis inquit, quoad uis & quantis malis Romanam affecerit ecclesiam, quotiensque a me sit admonitus, ut meliorem uitam moresque probatioris induerent. Hoc tribuimus beneuolentiae & charitati, qua Henrico patri coniuncti olim fuimus. Sed nil profecimus, adeo mores a patre auersos imbibit. Instabant tamen ex his qui aderant nonnulli, regem non ita cito anathematizandum esse. Quibus ita pontifex respondit, Quando inquit Christus ecclesiam suam Petro commisit & dixit, Pasce oues meas, excepit

Abrogationis
pontificiae formula.

ne reges? Nam cum eidem ligandi & soluendi potestate daret, nullum excepit, uel neminem eius potentia subtraxit. Hanc ob rem, qui dicit se uinculo ecclesie ligari non posse, restat etiam ut fateatur se absolui ab eius potestate nullo modo posse; & qui hoc impudenter negat, à Christo & ecclesia eius se omnino seingit. At Henricus cognita Gregorij censura, multas literas ad gentes & nationes conscripsit, quibus se contra ius fasq; damnatum à pontifice ostendebat. Gregorius autem id à se iure factum non uerbis tantum & literis, uerum etiam ratione & testibus comprobabat, re ipsa ante oculos omnium posita. Interim uero cum pars regni ab Henrico defecisset, & iam Saxones bellum contra Henricum quam diligentissime pararent, Alemanni principes ueriti, ne quid mali in provincia nasceretur, conuentu habito decernunt, ut si Gregorius in Alemanniam pergat, Henricus supplex ueniam errati petat. Quod se facturum rex ipse interposito iuramento pollicitus est. Motus itaq; pontifex his pollicitationibus & precibus Treuerensis archiepiscopi Henrici oratoris, Augustam pratoriam petitur. Vercellas usq; iam peruenerat, ubi ab episcopo loci ipsius regni Italiae cancellario, clam rescituit Henricum hostili in se animo cum exercitu aduentare. Tum uero pontifex omissis instituto itinere Canossum se recepit, oppidum agrum regienfis diocesis Mathildis comitissa subiectum. Venit & eo prope cum omnibus copiis Henricus, qui statim deposito regali ornamento nudis pedibus ut oppidanos ad misericordiam commoueret, portam oppidi appropinquans suppliciter intronitum petebat. Denegatus ingressum æquo animo tulit, aut tulisse dissimulauit, quis aspera esset hyems, & gelu cuncta rigescerent. In suburbio quidem oppidi triduo immobilis, continuo ueniam petens, tandem rogatus Mathildis, & Adelai Sabaudienfis comitis, & Cluniacensis abbatis introductus abfoluit, & ecclesie reconciliatus, pace iureiurando confirmata, & integra obedientia promissa. Regij autem iurisdictioni hæc formula est, Rex Henricus composita pace ex sententia domini nostri Gregorij septimi, affirmo me pacta & foedera seruaturus; curaturumq; ut quoquo uoluerit idem pontifex sine ullo discrimine suipius & comitatus proficisci possit, maxime autem per loca imperio suo subiecta, neq; per se status; quo minus libere pontificio munere ubiq; locoq; uti possit, & hæc obseruaturus me iureiurando addico. Actum Canossi, V. calendis februarii indictione. XV. Tum uero rebus ita ex sententia peractis, dilabentibus inde omnibus uariis itineribus, dum Henricus Papia iter facit, Cincium amittit subita febris correptum, non tamen moruo tam pernicioso homine Henricus rebus nouis studere destitit. Pacis em foedera abruptens, eo Alemannos principes indignitate rei motos perpulit, ut Rodolphum Saxoniae ducem regem prouinciae crearent posthabito Henrico. Petijt primo quidem Henricus à pontifice, ut Rodolphum execrationibus ab occupatione regni depelleret. Id uero cum impetrare neq;isset, sumptis armis magna clade et incerta uictoria utrinq; dimicatum est. Missi tum quidem ab utroq; legati ad pontificem rogati, ut in partes suorum declinaret, quibus nil aliud ipse respondit, q̄ ut ab armis discederent. Pugnarunt iterum simul æquo Marte Henricus & Rodolphus. Verum cum tertio praelium inihissent, magna caede utrinq; commissa, ac superior aliquantulum Henricus uideret, Rodolphum legatos pacem petentes audire noluit, ad pontificemq; denuo scripsit, ut Rodolphum regnum occupare conantem execratione anathematis notaret. Quod cum facere Gregorius recusaret, tanta ira percitus Henricus est, ut die noctuq; nil aliud cogitaret, quã qd ad pontificis perniciem & exitium uergeret. Interea uero ne quid in orbe Christiano deesset, qd seditionibus non agitaref, Michael cum Andronico filio à Nicephoro cognomato Bucamor ut ab imperio Constantinopolitano deiectus, ad Gregorium confugit, q & Nicephorum excommunicauit, & Rogerio Romanae ecclesiae feudatario negotium dedit, ut Michaelum quo cum Ceperani locutus est, in imperium restitueret. Is itaq; mandato pontificis comparata classe Rogerio minore natu in Italia dimisso, Boemundum alterum filium secum ducens, Auleon primo ad nauigat, & ad Dirrachium castra facit, urbem tanto bello necessariam primo occupaturus. Sed Dominicus Syluius dux Venetorum cum Nicephoro sentiens, Rogerium ab obsidione repellit, magno illato acceptoq; incommodo, Vex non ita multum

Regij iurisdictionis formula

eo post Nicephorum ab Alexio cognomato Megacopias, suarum duce deceptus, libertate simul & ciuitate priuata, quã triduo Alexius militibus diripiendã ex pacto concessit. Capit ipse Nicephorus in templo sanctae Sophiae uita donata, hac conditione tamen ut monachi habitum cum uita susciperet. At uero Gregorius cum uideret Henricum contra ecclesiam dei à quibusdam seditiosis episcopis concitari, habita ingenti synodo Giberro Rauennati archiepiscopo ob superbiam & malitiam interdixit sub anathematis poena, ne episcopi & sacerdotio munere fungatur. Vocatus preterea ad sedem apostolicam scelestis suorum concilium parere desierat, quã ex re tamen poena anathematis merebatur, Rolandusq; Taruisinũ censura notauit, qd legatus ad res componendas in Henricum & se factus, consequenti episcopus causa semina discordiarum, non pacis seuerat. Nec Hugoni quidem tituli sancti clemetis cardinali pepit, qd cum Gado Parmensi episcopo in seditiosis et hæresi sensisset. In eodem postremo conuentu, III. legatos delegit, Bernardum diaconum, alterum Bernardum Massiliensem abbatem, Odonem Treuerensem archiepiscopum, qui de latere sedis apostolicæ ad componendas res in Henricum & Rodolphum proficiscerentur. Videbat enim sapientissimus pontifex eam discordiam nisi sedata foret, magnas aliquas calamitates populo Christiano pariturã. Vex quia certo sciebat non defuturos perniciosos quosdam, qd id quo minus fieret impedire conarent, qd eorum maxime intererat discordias augeri, non tolli. Literas apostolicas in hunc modum conscriptas legatis ad principes et nationem dedit: Cognita imbecillitate, cupiditate, & ambitione humani generis, mandamus ne quispiã cuiusuis conditionis sit, uel rex, uel archiepiscopus, episcopus, dux, comes, marchio, siue miles aliqua elatione temerario uel ausu, fraude, dolo, cupiditate ductus legatis nostris resistere audeat, ne pacem & concordiam ex æquo & bono componere possint: Quicq; autem temeritate ductus, qd non optamus, huiusce nostrae constitutionis uiolator extiterit, legatisq; nostris impedimento fuerit quo minus pacem componant, eum anathematis uinculo alligamus: & non solum in spiritu, uerum etiam in corpore, atq; in omnibus fortunæ bonis apostolica potestate colligamus, uictoriamq; in armis partem ei auferimus, ut saltim confundatur, ac duplici poenitentia conuertatur. Mandatum preterea legatis est, ut in Alemannia conuentu habito, mature decernant utriusq; regum ex æquo & bono ius cõpetat, eisdemq; consensu bonorum regum decernant, cuius causa iustior & potior uidebitur: se uero potestate recognita qd egerint confirmaturum, interposita omnipotentis dei & beati Petri auctoritate, qua nulla potest esse maior. Interea uero Gregorius ne Romana ecclesia ob largitionem & si moniacam cupiditate aliqd incommodi caperet, conuentu habito, maiorum decreta ad rescindendam hanc labem pertinentia confirmauit, his uerbis, Sanctorum patrum instituta nunc sequentes, quæ admodum in prioribus conciliis fecimus, auctoritate omnipotentis dei decernimus ac confirmamus, ut qui deinceps episcopatum uel coenobium, uel aliquod aliud ecclesiasticum beneficium à laico acceperit, nullo modo in numero episcoporum, abbatum, uel clericorum se secat: ne uel idem sub censura anathematis limina apostolorum attingat, priusq; locum ambitione & contumacia conquisitum, quod est idololatriæ scelus respiciendo commutauerit. Eisdemq; quoque censuris teneri uolumus & alligari reges, duces & principes, qui episcopatus ecclesiasticos uel dignitates, qd contra ius fasq; est, demandare alicui fuerint ausi. Confirmamus preterea anathematis sententiam merito latam in Theobaldum Mediolanensem, Giberro Rauennatem archiepiscopum, in Rolandum Taruisinum p̄sulem, et Petrum olim Redonensem episcopum, nunc autem inuasorem Narbonensis ecclesie, pari censura damnamus. Preterea uero gratiam sancti Petri & ingressum ecclesie his interdiximus, quosq; poenituerint satisfecerintq; siue Normani sint, siue Itali, uel cuiusuis nationis, q aliquam ex parte seferint, Campaniam in Hænicis, agrum Sabinum, Tiburtinum, Prænestinum, Tusculanum, Albanum, & quicq; in Volscis & Hætruscis ad mare uergit. His addo monasterium sancti Benedicti: & quicq; in Cassinatũ agro positum est, nec Beneuentum in Samnitibus excipio. At si quis istorum auferendi res repetitas & non redditas habere iustam causam se dixerit, prius à nobis uel à magistratibus nostris iustitiam requirat: si eis non fuerit factum abudatis, concedimus ut ad res suas recuperandas inde tamen auferat, quantum factum est: nec more

Litteræ pontificis

Pontificis decretum.

Execratio pon-
tificis in Hen-
ricum.

ꝑdonum modū excedant, sed agant ut Christianos decet, et eos maxime q̄ sua magis res-
petunt q̄ aliena percipiant; quiq̄ & iram dei & execrationem beati Petri reformidant
ac timent. Præterea uero execrationem in Henricum his uerbis denuo cōfirmat, Bea-
te Petre apostolorum princeps, & tu Paule gentium doctor, uestras quas o aures mihi
paululum præbere, meq̄ clementer exaudite: nam ueritatis discipuli estis & amatores,
quæ dicam uera sunt. Hanc causam suscipio ueritatis gratia, ut fratres mei quorum salu-
tem exopto mihi obsequentius acquiescant, sciant, intelligantq̄ uestro auxilio freti post
Christum & matrem eius semper uirginem flagitiosis & iniquis resisto: fidelibus autem
præsto adsum & auxilium fero. Non enim uolens & libens hanc sedem conscendi, sed in
uitus & lachrymans, q̄ me indignum iudicabam qui in tam excelso throno sederē. Hæc
autem dico, quia non ego uos, sed uos me elegistis, & grauissimum pondus humeris nos-
tris imposuistis. In me autem uestro iussu montem ipsum conscendit clamantē &
annunciantem populis eorum scelera, & filijs ecclesiæ peccata, membra diaboli confusa
rexere, & ad sanguinem usq̄ manus suas in me contecere. Astiterunt enim reges terræ et
principes seculi, cum his coniurarent ecclesiastici quidam & uulgares in dominū & nos
christos eius, dicentes, dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipso-
rum: hoc autem fecere, ut me uel morte uel exilio multarent: quorum de numero fuit
Henricus, quem regem uocant. Henricus inq̄ Henrici imperatoris filius, qui cornua &
calcem contra ecclesiam dei superbe nimium erexit, facta coniuratione cum multis epi-
scopis Italicis, Gallicis, Germanicisq̄ nominis, cuius superbiæ uestra adhuc restitit auctori-
tas, qui fractus potius q̄ ad sanitatem redactus, ad me in Cisalpinam perueniens, absolu-
tionem anathematis suppliciter quæsiuit. Hunc ego quem ad poenitentiam uenisse cre-
dideram, in gratiam recepisti: huiusq̄ tantummodo communionem reddidi, non tamen in
regnum e quo cum in Romana synodo merito depuleram restitui, nec uectigalibus res-
gni, ut ad fidem redirent concessi. Hoc ideo feci, ut si redire in gratiam cum finitimis su-
is quos semper uexauerat differret, reddereq̄ res tū ecclesiasticas tū prophanas ex foe-
de re abnueret, cogi ad officiiu execrationibus & armis posset. Hac opportunitate adiuti qui-
dem Germaniæ episcopi, & principes ab hac fera bestia diu uexati, in locum Henrici su-
is flagitijs e regno cadentis, ducem suum & regem Rodolphum deligunt. Qui regia mo-
destia & integritate usus, statim nuncios ad me misit, a quibus intelligerem, se coactum
regni gubernacula suscipere, non esse tamen adeo regnandi cupidum, ut non malit nos-
bis q̄ regnum pollicentibus obtemperare: futurum se in dei potestate semper ac nostra,
idq̄ ut arbitremur nos facturos filios obfides pollicitus est. Stomachari tum Henricus
cepit, & nos primo quidem precari, ut Rodolphum ab occupatione regni execratio-
nibus propelleremus. Dixi me uelle uidere, cui ius competeret, & eo missurum nuncios,
qui rem omnem resciscerent, meq̄ deinceps iudicaturum uter ipsorum in causa potior ha-
bendus esset. Venuit Henricus quo minus res a legatis nostris decerneretur, multosq̄ tū
seculares tū ecclesiasticos interfecit, ecclesias diripuit & pphanauit, atq̄ hoc mō sese ana-
thematis uinculis illigauit. Hanc ob rem fidens in dei iudicio & misericordia, inq̄ patro-
cinio beatæ uirginis, sultus etiam autoritate uestra, ipsum Henricum eiusq̄ fautores in
culo anathematis colligo: atq̄ iterum regiam ei potestatem adimo, interdicōq̄ Christi-
anis omnibus illo iuramento absolutis, quo fides regibus dari consueuit, ne Henrico ul-
la in re obtemperent, Rodolphum in regē suscipiāt, quē multi prouinciæ principes ab
rogato Henrico in regem optimū sibi delegere. Etenim par est, ut sicuti Henricus ob
superbiam & contumaciam facultatibus suis priuatus, ita Rodolphus obius gratus pro sua
pietate & religione regia dignitate & potestate donetur. Agite igit̄ apostolorū sanctissi-
mi principes, & quod dixi uestra autoritate interposita confirmate, ut oēs nūc demum
intelligant si potestis in celo ligare & soluere, in terra quoq̄ imperia, regna, principatū,
& quicquid hęc mortales possunt auferre & dare nos posse. Si em̄ quæ ad deū pertinent iu-
dicare potestis, quid de his inferioribus & prophanis censendum est? Etsi angelos domi-
nantes superbis principibus uestrū est iudicare, quid in seruos illorum facere uos decet?

Edificat nūc reges huius exēplo & oēs seculi principes, qd̄ in celo possitis: quātq̄ apud
deū sitis, ac deinceps timeat sanctæ ecclesiæ mādata contēnere. Hoc aut̄ iudiciū cito in Hē-
ricū exercere, ut intelligat̄ oēs iniquitatis filii nō fortuito, sed uestra opa e regno cadere.
Hoc tū a uobis optauerim, ut poenitētia ducti in die iudiciū uō rogatu grām a dño cō-
sequat̄. Actū Romæ nonis martij inditiōe tertia. Ad hoc uero Gilbertū discordiā: oīm
& hæresum q̄ tūc erat, autorē, ab ecclesia rauēnate dericiens, sacerdotib̄ oibus eidē eccle-
siæ obtantibus mādauit, ne Giberto facinorū oīm autori, & ob eā rē execratiōis uinculo
illigato ulla in re obedirēt, & ne populi illi gubernatore indigerēt, Petrū imitatus q̄ A-
pollinarē quasi supplementū mittere cōsueuerat, ubi oportebat, eō alterq̄ archiepiscopū
proficisci iubet cū integra potestate, q̄ & hæresim Giberti auelleret, & mētes hoīm in fi-
de cōfirmaret. Tū uero Henric⁹ irritatus magis his celsuris q̄ monit⁹, capto hostiēsi epi-
scopo e legatione redetiē, habitōq̄ episcopoz̄ secū male sentientiū conuentu, Gibertū
olim Rauenatē archiep̄m pontificē creat, Clementēq̄ appellat. Vex̄ cū a Saxonibus
premeret̄, relicto ad tēpus nouo pōtifice in eos mouet, ac cōmissio p̄lio magno suoq̄ in-
cōmodo superat̄. Victor Rodolphus accepto uulnere paululum abscedēs mortuus in-
uentus est. Ferunt Henricū ea clade adeo perterritū fuisse, ut uix decimosextimo die re-
peritus sit, quo quidā tpe Germani Henricū eius filiiū eiusdē nois quartū in locū p̄is sus-
fecerāt. Qui simul postea cōiunctis copijs in Italiā ueniētes, Clementē suū in pontificatū
collocaturi pulso Gregorio, Mathildi obuiā cū exercitu factā leui prælio supant. Quæ-
q̄ dē mulier primo marito mortuo paulo ante Azonē marchionē Estētis prioris uiri cō-
sanguineū, ac tertio gradu affinitatis sibi coniunctū, in coniugē accepit. Vex̄ re postea
cognita suadētē Gregorio diuortii cū Azone fecit. Henricus itaq̄ superata apud Parmā
Mathildi eiusq̄ marito Azone, Romā hostili animo proficiscēs, in pratis neronianis ca-
stra collocat, urbē Leoninā ingredit̄, sancti Petri basilicā cū suo Clemente prophanat, por-
ticusq̄ demolit̄. Idē quoq̄ factū de basilica Pauli cōstat. At uero cū urbē ingredi nō pos-
set: Tibur cōcedens, inde tanq̄ ex arce belli in Romanos quotidie incursiōes faciens, uasta-
tis rebus oibus eo inopiā res redegit, ut pacē quauis cōditione experiret̄. Ad motis itaq̄
copijs Henricus re p̄ trans fugas cognita urbem ingreditur. Tū pōtifex haud satis po-
pulo fidens in molem Hadriani se cōfestim recepit, ubi aliquādiu obsessus est, acriter qui
in p̄sidio erat arcē ipsam defendētibus. Non est usus ea fortuna Gregorij nepos ex fra-
tre, q̄ eo tumultu ad septē folia Seueri Aphri op⁹ confugiēs, cū ferre oppugnationē nō
posset, deditionē turpiter fecit. At uero Henricus cognito Guiscardi aduētū, Apuliā du-
cis in auxiliū Gregorij nō ampl⁹ immorandū rat⁹, ad dolos cōuersus, cluniacēsem ep̄m
ad Gregoriū in arcē mittit, q̄ diceret se in Germaniā prope cū exercitu rediturū, si ab eo
in laterano coronaret̄: populus quoq̄ Romanus, ut idē fieret precibus instabat. Factuz̄
se id Gregorius dicebat, si errata sua Henricus corrigeret, ueniamq̄ peteret: quod cū fa-
cere recusaret, & iam aduentare cum exercitu Guiscardū sentiret, Clementem antipa-
mam in lateranēsi basilica corona pontificia publice donat, eam rem procurantibus Bo-
noniēsi, Ceruensi, Mutinēsi episcopis, Quo factō statim Senas proficiscit̄ Clemente secū
ducto. Guiscardus aut̄ p̄ portā flamineam irrūpens, resistētibus ciuibz̄ usq̄ ad triūpha-
lem Domitiani arcum incendio consumpsit. Munierant capitolum ciues, & se ac-
riter contra Guiscardum defendebant, qui lateranum iam ceperat. Vnde cū multa cre-
bro utriq̄ committerentur certamina, & illa pars urbis euerā cēt, quæ lateranū & ca-
pitoliū interiaceret, & ipsum capitolum postremo uo caput fere usq̄ ad solum æqua-
tur. Inde uero superata iam & capta Roma, fortunisq̄ ciuium militibus in prædā datis,
ad molē Hadriani profectus, ubi pōtifex obfidebat, hoīem multis calamitatibus uexatū
tandē e manib⁹ hostiū liberat, secūq̄ Cassinū ac Salernū pducit. Vbi nō ita multo post pō-
tificatus anno. XII. mense uno, diebus tribus sancte & pie moritur. Vir certe deo grat⁹,
prudēs, iustus, clemēs, pauperū, pupilloz̄, uiduarū patronus: atq̄ unicus ecclesiæ Roma-
næ fortissimus & acerrimus defensor cōtra hæreticōz̄ improbitatē, & maloz̄ principū
potentiā res ecclesiasticas per uim occupare conantum. VICTOR. III. CLXV. p̄di.

Victor tertius Desiderius antea uocatus, montis Cassini abbas, pontifex creatus, statim Gregorij partes suscepit. Hæc ob rem crediderim eum quoq; Henricum regem hostem habuisse, cuius fraude (ut Martinus scribit) ueneno in calicem iniectum dum sacrificat, necatur. Vincentius tamen longe aliter sentit, cum dysenteria perijisse hominem dicat, quod à suspitione dati ueneni nequaquam alienum est, unde in dysenteriam ueneno petiti interdum uertuntur, corruptis & labefactis intestinis, Vindicasset autem tantam iniuriam Guiscardus, ni ei mori propere nimium contigisset. Superatis enim Græcis in Cassiopam insulam delatus moritur, cui absente Boemundo Rogerius natu minor in Apuliæ ducatu successit. Ferunt & eodem tempore in toto fere orbe terrarum fame laboratum esse, qua quidem occasione Auful Gallatiæ rex Totiletum multis annis obsessum de Saracenis cepit, eandemq; urbem Christianis incolendam tradidit. Henricus præterea in Germania sinistro Marte cum Saxonibus dimicatis, quatuor milia militum amisit deo uolente, ut tandem desisteret ecclesiam suam persequi, & calamitatibus uexare. Sunt qui hoc tempore multa prodigia apparuisse scribant, quod & aues domesticæ, utpote gallinæ, anseres, columbi, pauones ad loca montana confugerint, syluestresq; sint factæ; & pisces tum fluuiales tum marini magna ex parte perierint. Terremotu etiam quedam urbes adeo cõcussæ sunt, ut Syraculis maior basilica corruens, dum uesperæ celebrarentur, omnes qui tum in templo aderant contriuerit, duobus tantum diuinis superstitibus, diacono scilicet & subdiacono. Sunt qui dicant hoc tempore corpus sancti Nicolai Barum trallatum à mercatoribus esse, ibiq; in pretio habitum, ut Martinus sancti uir magna doctrinæ singularisq; uitæ in sua historia conscribit. Victor autem cuius gratia Deus dedit librum canonis in ordinem redegit, anno uno, mense quarto pontificatus sui non sine suspitione dati ueneni moritur.

VRBANVS. II.

VRbanus secundus Otho uel Oddo antea uocatus, monachus Ebomacensis primo, deinde cardinalis Hostiensis, postremo quinto mense post mortem Victoris pontifex creatus, ac merito quidem, Doctrina enim & sanctitate uitæ quousque grandis magistratu dignus erat. Tum uero Rogerius opportunitatem nactus, quod mortuo Gregorio res ad Urbanum nouum hominem deuenisset, Capuam urbem & quicquid inde usque ad Tiberim pertinet, de Romanis & pontifice uic cepit. Hanc ob rem Urbanum parum etiam Romanis iam pridem rebus nouis studentibus fidens, Melphim se contulit, ibi uero synodum habiturus, quo tutius eod proficisci liceret: Rogerio & Boemundo inter se de ducatu Apuliæ contententibus imperat, ut ab armis discedant, hac tamen conditione, ut Rogerius permissa Boemundo Apuliæ parte, ipse reliquam patris ditionem haberet. Tum pontifex ex sententia animi sedatis rebus Italicis, compositoq; rei ecclesiasticæ statu quantum in tanta perturbatione licuit, Troiam proficiscitur recogniturus, quid maxime clerus eo loci ageret, correcturusq; errores quorundam male uiuentium. Interim uero Boemundus fratrem Rogerio in Sicilia contra Saracenos bellum gerente, Melphim furto occupat. Hanc autem ob rem Rogerius à Sicilia rediens uiginti milibus Saracenorum bello conductis, fratrem Boemundum Melphi obsidet, acriter ciuitatem qui in præsidio erant defendentibus. Pontifex itaq; cum in Italia nullibi quietis locum cerneret, in Gallias profecturus, Placentiæ synodum habuit, in qua licentiam quorundam ecclesiasticorum mirifice compefuit. Inde uero in Gallias abiens rem memoratu dignam aggressus est. Concilio enim apud Clarum montem habito, ita principes Galliarum ad recuperandam Hierosolyman à Saracenis iam diu occupatam animauit, ut anno salutis millesimo & octogesimo quarto trecenta milia hominum nomen in militiam Christi dederint, signumq; crucis susceperint; quo facto Roma statim redijt, ut compositis in Italia rebus, Italos ad eam quoq; rem animaret. Non desistit interim Henricus rex hominibus perniciosus Robertum Flandriæ comitem p̄lo lacerare, quo eum à sancta expeditione auerteret. Multi tamen Petrum quendam eremitam uirum incomparabilis sanctitatis secuti, per Germaniam & Pannonias iter facientes, Constantinopolim communem belli sedem pete-

Nicolai corpus translatus.

CLXVI. p̄t.

Placentiæ synodus.

uenere, quos non ita multo post secuti duo fratres sunt, Gothifredus, Eustathius & Baldwinus cognomento Bolioni, Galatiæ comites, uiri & animi constantia & corporis robore insignes. Præterea uero & Podiensis episcopus et Raymundus sancti Aegidij comes, & Hugo Magnus Philippi regis Francorum frater, & duo Roberti; quorum alter Normandia, alter Flandriæ comes erat, & Stephanus Carnori comes, transmissis alpibus magnis copiis iter per Italiam facientes, primo Romam peruenere. Vnde recognitis prius sanctorum locis, facillimq; inuisis, accepta à pontifice benedictione, Brundisium peruenere, inde in Epirum traiecturi. Verum quia non omnes idem portus capiebat (tanta erat multitudo) pars Barum, pars Idruntum petijt. Boemundus autem (quem diximus Melphim occupasse) cupiditate gloriæ incensus relicta Melphi, cum duodecim milibus delectorum hominum Italicæ iuuentutis in eandem expeditionem proficiscitur. Huius autem uirtus & animi præstantia adeo fratrem Rogerium permouit, ut positis armis dixerit sibi omnia cum fratre communia deinceps fore, ac statim Tancredum filium pugnandi cupidum bellum comitem fratri tradidit. Peruenerat iam Constantinopolim Petrus eremita, & in suburbij castrametatus tot mala ciuibus inferebat, non sponte, sed militum licentia, ut omnium interitum Græci poparent. Permorus itaq; suorum malis Alexius imperator, Petrum compulsi negato comitatu ante tempus Bosphorum traiecit; qui Nicomediam primo, mox Niceam peruenientes, ciuitatem ipsam natura & præsidio Saracenorum munitam oppugnare adorti sunt. Verum cum obsidentibus comitatus deficerent, dilaberentq; passim milites Christiani eius rei causa à Saracenis insidijs oppressi, ac relinquere obsidionem coacti, tantum in fuga detrimenti accepere, ut & Reynaldus dux Alemannorum abnegata Christi fide, cum aliquot militibus deditioem fecerit, & Petrus legationis nomine sine militibus Constantinopolim redierit. Quæ res Alexio grata admodum fuit, quod speraret Christianos tanto accepto incommodo, eam expeditionem omisuros. Interea uero superuenientibus alijs copijs, cum eos aperto Marte repellere Alexius non posset, clam noctu in suburbij castrametatus aggreditur, sed nil est actum, acriter qui in statione erant castra defendentibus, donec reliqui milites somno excitati arma caperent. Pugnatum est item sequenti die paruo utrinque accepto incommodo. Tum Boemundus exercitus nomine ad Alexium missus, hominem parum minis, tum pollicitationibus ad pacem in eundem compulsi his scederibus, ut & iter tutum per loca imperio eius subiecta facere liceret, & comitatum ac supplementa præberet, utq; quod à Saracenis caperetur, eius imperio subijceretur excepta Hierosolyma. Peractis his rebus ex sententia transmissisq; Bosphoro, primo Nicomediam, inde Niceam uentum est, à Thurcis qui in præsidio erant acriter defensam. Saraceni enim & Thurci paribus copijs auspicijsq; bellum contra Christianos tum gerebant. Ad sexaginta enim Thurcorum millia quæ proximos menses infederat, signa eruptiois oppidani præbentes Christianorum castra adorti, magno accepto incommodo ad menses ipsos reiecta rediere. Difficile tum erat urbem oppugnare, quia comitatus & supplementa militum submitti p̄ lacum ubi adiacentem continuo poterat. Vix superuenientibus à Constantinopoli leuibus non paucis, in lacumq; missis reu inopia oppidani pressi, dies post duos & quinquaginta ab initio obsidionis deditioem fecere Thurcis, qui in præsidio erant cum rebus suis & armis abire permixti. At uero Christiani munita Nicea, inde abeuntes cum iter p̄ loca desertata facere necesse esset, bifariam copias diuisere. Cum autem Boemundus herbidum solum ad riuum quandam inuenisset, castris positus reficere militem labore itineris festum instituit, cum subito eum Saraceni & Thurci Solimanno duce adorti sunt: quæ certe oppressissent abundantè undiq; multitudine, ni Hugo & Gothifredus cum quadraginta milibus equitum, et cõfestim se p̄ nuncios cognita opè tulissent. Pugnatum est utrinque acriter & diu, nec dirimi nisi noctis interuentu certamè potuit. Eo autem prælio quo Medij, Thurci, Syrii, Chaldaei, Saraceni, Arabes interfuere, ad quadraginta milia hominum cecidisse sequenti die cognitum est. Solimannus autem effusa fuga inde abiens, ac ubiq; prædicas se uictorè fuisse, decem millia Arabum ad exercitum uenientium obuiam habuit, quos statim secum in Lycaniam

duxit, Christianis eò proficiscētibz comueatus & iter intercepturus. At Christiani se-
geribus iam maturefcentibus adiuti sine ullo incommodo Iconium primum Lycaoniae
ciuitatem peruenere: qua in potestatem deditibus ciuibz redacta, pari felicitate Hera-
cleam, Tarsumq; cepere. Tum Balduinus praestantis animi & ingenij uir primus omnia
um in Asia dominatum adeptus est: Tarso donatus, & quicquid in ea regione caperet; q
quidem paulo post Edeffa & Maniffa urbibus positus est. Flexit inde in Ciliciam maior
exercitus, quae nunc minor Armenia uocatur. Quam quidem primo impetu captam Pa-
linuro Armenio cum nostris militare solito regendam commiserat. Capta deinde Cae-
sarea Cappadociae in Antiochiam mouere, transmissis altissimis montibus. Antiochiae ue-
ro Cassianus rex tum praerat: quae urbs antea Reblata appellata est. Hanc autem dupli-
ci muro circumdatam de suo nomine, rex ille quondam Asiae dominator appellauit, du-
ctis circunquaq; quadringentis & sexaginta turribus. Haec item quondam Petri apostoli
li sedes fuit. Hinc Lucas euangelista, & ille Theophilus originem duxerunt, ad quem Lu-
cas euangelium, & actus apostolorum scribit. Hic tamē primum baptismatis fonte rena-
ti Christianos se appellauere: in eaq; sub Christiano impio mille annis florere. Ceterum
etiam ac. LX. episcopos sub patriarcha Antiocheno fuisse constat ante urbem à barbaris
captā, in qua ad trecentas & .LX. ecclesias fuisse legimus. Anno igitur salutis nostrae mille
lesimononagesimoseptimo, urbs Antiochia magnis opibus obsideri cepta est. Quo qui-
dem tēpore Vrbanus maximis seditionibus exagitat in domo Petri leonis potentissimi
mi cuius biennio se continuit, apud ecclesiam sancti Nicolai in carcere Tulliano. Verum
mortuo Iohanne pagano seditionissimo homine, liberior factus ad componendum eccle-
siae statū aim adijt. Nā & archiepiscopū Mediolanensem iā antea magistratu pulsū,
q; ab uno tantū episcopo contra ius diuinū consecratus fuerat in gratiā recepit, cū antea
mutato habitu eius rei causa in cœnobio sponte ac sanctissime uixisset, & eidem pallium
suppliciter petēti cū integra potestate transmisset, his uerbis: Literis tuis exorati, cū apo-
stolicae sedis benedictione pallium fraternitatis tuae mittimus, quod quidem dignitatis
genus nulli ante nisi praesenti cōcessum est. Praeterea uero Tolletano archiepiscopo, qui
Romam ueniens de more in uerba pontificis iurauerat, pallium & priuilegia quaedam
concessit, eundemq; totius Hispaniae primatem instituit. Regem autem Galliae cum
omni dioecesi sancti Iacobi anathematis uinculo illigauit: quia prouinciae episcopum in
carcerem inaudita causa coniecerat. Eodem fere tempore Henricus Sueffionensis episco-
pus Romam ad Vrbanum ueniens, episcopatu, quem à rege Francorum acceperat, libe-
re se abdicat sine ulla restitutionis spe, Hanc ob rem Vrbanus cum necessitas prouinciae
ita exigeret, nolenti & recusanti episcopatum restituit, accepto iureiurando. His tamen
uerbis in restitutione hominem usum ferunt, Excommunicatis ab hac sede deinceps sci-
ens & uolens non communicabo: Similiter uero consecrationibus eorum, qui episcopa-
tus uel cœnobia à laicis contra ius fasq; acceperint, nunq̄ intereo; & ita me deus adiu-
uet, & haec sancta dei euangelia, ut nunq̄ de sententia cedere instituerim. Idem quoq; in
beluacensem episcopatum actum ferunt. Nec est cur eum ob has res pertinacem quispiam
fuisse putet. Didicerat enim ubi erat opus mutare sententiam, quod est uiri boni propri-
um. Nam cum clericum quendam à Giberto antipapa ad ordinem subdiaconatus antea
prouectum, iterum ad sacros ordines admisset, sententiam mutauit, q; ea res mali exem-
pli uideretur, parituraq; aliquando esset ingentia mala. Cisterciensem autem ordinē pri-
mo in Burgundia excitatum sua autoritate confirmauit. Sunt etiam qui scribant Cartu-
senses religiosos huius pontificis tempore originem habuisse. Alij autem temporibus
Victoris tertij hoc ascribunt. At uero cum Vrbanus sanctissimus pontifex non opere so-
lum & exemplo, uerum etiam scriptis contra haereticorum dogmata ecclesiam dei confir-
masset, duodecimo pontificatus sui anno, mense quarto, die decimonono, apud
sanctum Nicolaum carceris Tulliani in aedibus Petri leonis cuius egregij moritur,
quarto calendis Augusti, cuius corpus per transiberinam regionem ad uitandas
inimicorum insidias, qui etiam mortuum lacerare conabantur; ad sanctum Petrum in

Sedes Petri
apostoli.

Cisterciensiu
ordo confir-
matur. et Car-
tusieses, ut qui
dā scribit, ex
huius tempore
originem ha-
buere.

Vaticano delatum est, ibiq; honorificentissime sepultum.

PASCHALIS. II.

CLXXVII. p̄.

Paschalis secundus Rainerius ante pontificatum uocatus, natione Italus è Flami-
nea, patre Crescentio, matre Alphacia, eo fere tēpore pontifex creatur, quo chri-
stiani in Asia dimicantes Antiochiam cepere, Pyrrho Antiocheno ciue admodū
potente urbis ingressum p̄bente. Qui Boemundi uirū admiratus, deditūq; se illis ur-
bē spondit, si reliqui christiani eidē cum imperio praesse Boemundum paterēt. In-
gressi urbē christiani omnibus fere peperere, in p̄sidia Saracenoz tantūmodo saeuitū
est. Cassianus autē rex ad loca montana confugiēs ab Armenijs trucidatur. Sola arx supe-
rat: quam dum Boemundus acerrime oppugnat, femur sagitta trañcitur: & adeo graui-
ter, ut per aliquot dies ab oppugnatione destiterit. Verum superuenienti Corbane Per-
sorum regis militiā principi, cum Sensadolo Cassiani filio Antiochiam recuperaturis,
Boemundus iam ex uulnere integer obuiam cum exercitu factus, statim pugnandi co-
piam facit. In montibus se hostes continebant, nec elici ad certamen ullo modo poterāt.
Quare Boemundus penuria rerum omnium urgente decertare omnino instituit etiam
iniquo loco. Praelata itaq; lancea illa tanq̄ uexillo optimo, qua Christi latus transfixus à
Longino fuit, nuper in basilica sancti Andreae Antiochia reperta, hostes primo acriter
resistentes superat & cedit, quorum de numero ad centum milia perisse constat. Praeter
ea uero in eorum castris ad quindecim milia camelorum capta traduntur: indeq; tanta
praeda auecta, ut ab extrema inopia ad summam rerum omnium hubertatem uetum sit.
Praefectus autē arcis cognita suorum calamitate, & arcem Boemundo tradidit, & Chri-
sti fidem suscepit: permittit & his qui in praesidio erant, ut si Christi fidem amplecte-
rentur, abire cum rebus suis liceret quoquo uellent. Magna deinde inter Boemundum
& Raymundum concertatio orta est, cum Boemundus sibi Antiochiam deposceret, &
Raymundus instaret, ut imperatori Constantinopolitano excedere prius inito sine ul-
la controuersia traderetur, Sacerdotes autē quibus eius rei arbitrium commissum est,
Boemundo Antiochiam statim adiudicant. Interea uero mortuo Hugone magno, qui
componendarum rerum causa Constantinopolim ierat, reliqui duces, Raymundo exce-
pto qui Caesaream Cappadociae obsidebat, proficisci Hierosolymam cum exercitu insti-
tuere, in Lyciam simul conuenientes. In itinere autem Tortosam oppugnare adorti, tri-
bus mensibus frustra consumptis, soluta obfidiōe Tripolim mouere: cuius regulus pecu-
nia, comueatu, armis benigne praebitis, pacem hac lege impetrauit, ut si Hierosolymae
caperentur, christianum nomen amplecteretur & fidem. Inde uero mouentes, ac Caesa-
ream Palaestinae praetereuntes, quinis castris Hierosolymam eadem peruenere, in arduo
monte sitam, ac pluribus conuallibus distinctam, adeo ut non nisi à maximis exercitibus
obsideri urbs posset. Adde q; aquis fontanis & fluuialibus caret, quae exercitibus perma-
xime necessariae sunt. Solus enim Syloe amnis, & is quidem aestate pertenuis, ac interdū
nullus, per montem Sion in conuallē Iosaphat delabitur. Sunt tamen permultae in
urbe & in agris cisternae, quae solis ciuibz aquam praestant, non etiam magnis ex-
ercitibus & iumentis militaribus. Christiani tamen comparato omnifariam comuea-
tu, quatuor locis oppugnare urbem magnis uiribus adorti, eam Hierosolymitanis acris-
ter defendentibus, idibus Iulij ui cepere, trigessimono die posteaquam obsideri
cepta est, anno salutis millesimo nonagesimonono: anno quadringentesimonona-
gesimoq; posteaquam imperante Heracleo à Saracenis occupata fuerat. Praecipua ta-
men in recuperanda tanta urbe laus Gothifredi fuit, qui partem muri ei ac fratri-
bus ad oppugnandum assignatam primus conscendit: Balduinoq; potestatem fecit,
ut in urbem descendens Christianis portas recluderet: quibus certe irruentibus tan-
ta caedes facta est, cum in urbe, tum uel maxime in templo, ut morientium cruor-
talos hominum supergrederetur. Cepissent eadem quoq; die templum, nisi nox su-
peruenisset. Verum sequenti die repetita oppugnatio est: & his uenia concessa, qui po-
tius armis suppliciter salutem petiere. Christiani autem tanta uictoria potiti, ubi

& diebus octo à bellicis rebus quieuisent, et sancta urbis loca ac domini sepulchrum de more uisum iuisent, uno omnium consensu Gothifredum humeris etiam in regiam de latum regem decernunt. Qui regni quidem titulum non abnuic, coronam uero auream reiecit, indignum arbitratu illic aureo diademate hominem uti, ubi rex regum Christus spinem coronam pro redemptione humani generis tulisset. Præterea uero Arnulfus presbyter patriarcha creatus ab episcopis, qui tum aderant consecratur. Perterritus autem hac uictoria Neapolitanæ urbis Assyriæ ciues, legatos ad Gothifredum miserunt, qui se ac sua omnia illi dederent. Verum cum non ita multo post nunciatum fuisset, Solimanni Babylonis regis ingentem exercitum Afcalonem peruenisse, urbem uiginti milibus passuum ab Hierosolymis distantem Hierosolymitanoq; populo semper infensam, occurrere hosti Gothifredus statuit. Petro eremita ad custodiendam urbem relicto; reuocatoq; Eustathio & Tancredo, quos Neapolim cum duabus legionibus miserat. In hostem itaq; profectus cum ex captiuis comperisset Clementem esse regis Babyloniorum Solimanni militia principem, quo cum quinquaginta milia hominum militarent, eundemq; habere classem frumento & machinis onustâ, decertare omnino instituit. Vñ pugna commissa uictoria compos, ad. XXX. milia hominum interfecisse traditur. Clemens autem hostium dux naui fugiens salutem sibi quaesuit. Afcalonitæ uero tâto accepto incommodo, urbem statim Gothifredo tradidere, in qua tantum auri & argenti deprehensum est, quantum alio unquam in loco, Recuperatis itaq; Hierosolymis multi principes uoti compotes facti, redire in Europam ad suos instituerunt. Inter quos sancti Aegidij Tridensisq; comites sunt habiti. Gothifredus autem cum fratribus mira felicitate uictoriae usus & Ioppem maritimam & Ramulam urbem expugnauit, quæ impedimento christianis erat, quo minus tuto ab Afcalone Hierosolymam proficiscerent. Obsedit & Caipham, quæ alio nomine Prophoia dicitur, ad Carmeli radices sitam, & quatuor milibus passuum ab Accon semotam. Verum durante adhuc obsidione Tiberias Galilææ ultro sese obtulit, Caipha non ita multo post ex fœdere recepta. Sed nihil in humanis rebus, quod ad felicitatem pertineat diuturnum est. Anno enim uno post captam tot laboribus Hierosolymam Gothifredus febri correptus moritur, cui statim christiani ne ob inferregnum aliquid detrimenti caperent, Balduinum fratrem in regnum sufficiunt, anno salutis nostræ centesimoprimo ac millesimo. Ad Paschalem autem redeo, quem quidem Gregorius septimus ob uirtutem & doctrinam sancti Clementis presbyteri creatus, in quo quidem loco clerus ipse post Urbani mortem eundem Paschalem uita priuata contentum: quippe qui antea monachus fuerat, etiam nolentem & latitantem pontificem creat, q; diceret humeros suos nequaquam tanto oneri sufficere, sed expetente populo, eligente clero, collaudante cardinalium senatu pontificum munus suscepit: maxime uero cum ter acclamatum esset, Sanctus Petrus Rainerium uirum optimum pontificem elegit, cui postea primiscribij & scribæ regionarij Paschalis nomen populo. Indurus deinde coccineam chlamydem tioraq; capiti eius imposita, comitante populo & clero, equo albo ad Lateranum perducitur, maxime uero ad eam porticum, quæ ad austrum uersa in basilicam Saluatoris ducit, quam Constantinopolitanam uocant: ubi cum in sede ad eam rem de more parata aliquandiu quieuisset, atrium lateranense conscendens balteo succingitur, unde septem claues septemq; sigilla pendebat, ut intelligeret se secundum septifariam sancti spiritus gratiam sanctarum ecclesiarum, quibus deo autore præerat, claudendi, sigillandi, aperendi, recludendiq; rationem habere. Inuisit sceptrum pontificum manibus gerens ea quoq; loca quæ solis pontificibus sunt adiudicata. Sequenti uero diebus consecrationem accepit, ad basilicam beati Petri proficiscitur, in qua eum chrismate inunxerit Oddo Hostiensis episcopus, Mauritius portuensis, Gualterus Albanus, Bono Lauicanus, Milo Prænestinus, Otto Nepesinus, Oddoni Hostiensis primas partes quas adhuc retinet obtigere. Post unctionem uero in urbem rediens coronam de more accepit. Hoc ita futurum Albertus Alatinus episcopus aliquando diuinauit. Nâ cum ab amico interrogaretur, quem Urbano successurum putaret, Rainerium inquit,

Constantiniana.

Propter fidem & constantiam deus eligeret. Ferunt & eundem Albertum tempus ipsum quo in pontificatu uicturus erat prædixisse. At uero Paschalis ecclesiæ dei prope labenti quorundam seditionibus consulturus, copias suas in Gibertum antipapam mittit malo rum omnium caput. Ut autem tanto bello sufficere pontifex posset, Rogerius Siciliæ comes ei turmas aliquot, & mille auri uncias auxilio misit. Alba Marforum Gibertus homo perniciosus tum debebat. Qui ubi intellexit hostes aduertare haud satis copijs suis fides, à Richardo Campano comite acceptis, relicta Alba in Furconem motana, quæ nunc Aquilanorum mutato nomine habentur, sese proripuit. Vbi non ita multo post subita morte correptus sui sceleris pœnas luit. A malis tamen ecclesia dei non statim tam pernicioso homine sublato quieuit. Richardus enim quæ diximus Giberto copijs & opibus fauisse, in locum demortui Albertum quendam sufficit Attellanam ciuem, quæ urbs a uersa nunc dicitur inter Neapolim & Capuam posita: qui statim à bene sententijs abdicare se magistratu coactus relegatur. Cauenses autem agri Prænestini incolæ Richardi stultitiam & arrogantiam imitati, Theodoricum quendam pontificem creauerunt. Verum hi quoq; poenitentia ducti quinto & centesimo die è pontificatu deiectionem, anachoritæ habitum induere cogunt, & uitam ducere priuatâ. Tertius præterea Maginulphus Romanus ciuis apud Raennam pontificatus titulum usurpare ausus est: quem quidem & Romani exilio multarunt, & Raucnates omni humana ope destitutum ab urbe sua pepulere. Pacata autè hoc modo Romana ecclesia, Paschalis uir magni ingenij atq; animi à religione ad arma conuersus, adiuuante Rogerio urbem Castellanam & Beneuentum ab hostibus occupatum recipit. Interim uero Petrus Columna Romanus ciuis impellente Richardo Campano comite, cuius maxie intererat copias pontificis distrahere, Cauas occupat pontificiæ ditios oppidum. Hanc ob rē pontifex in eum moues, non solum Cauas recepit, uerumetiam Zagariolū & Columnam paternæ hæreditatis castella ei abstulit. Ex Columna hanc familiam cognomentū duxisse certe putauerim. Erat & alia familia Romæ admodum potens, Corsi hi sunt appellati, Gregorio septimo adeo fideles, ut eorum domus sub Capitolio posita ab Henrico tertio sine exusta & solo æquata. Verum postea mutato consilio Stephanus eiusdem familiae princeps, absente Paschali sancti Pauli basilicam & castellum eo loci ædificatū furto occupat; unde incurionibus mirum in modū urbē Romam continuo uexabat. Hanc ob rem omisissis rebus externis, pontifex ad urbē prope rediens, Stephanum inde ui deiecit; quem ideo incolumem abisse credimus, q; monachi habitum indutus irrispentes decepit. Apparuisse tum multa prodigia autores pleriq; scribunt: q; mare quibusdā in locis littus præter solitum uiginti passibus occupauerit: in quibusdā uero à littore in altū centū excesserit. Hoc ego quoq; superiore anno apud Puteolos uidi, ex eis quibusdā colūnis marmoris usq; ad tres cubitos, quas mare (ut incolæ dicebāt) triennio antè abluere cōsueuerat. Apparuisse & cometem miræ magnitudinis tum affirmant, qui in occasu cadente sole statim apparebat. Non mouebatur his prodigijs Paschalis, quippe qui fieri hæc natura cernebat. Verū cū intellexisset Florentinum episcopum affirmare solitum antichristum natum esse, eò statim proficiscitur, concilioq; habito re ipsa admodum discussa cum leuitate quadam, ut alicuius magnæ rei autor uideretur motum episcopum cerneret, hominē uerbis castigatum dimittit, atq; inde in Cisalpinam proficiscitur. Vbi ad Guardastallum conuētū multorum principum & episcoporum habito, de homagijs, de feudis, de sacramentis episcopos; laicis antea exhibitis, exhibendi sue magna est habita ratio. At uero cum intelligeret Gallos sacerdotes, non ita integre, ut debebat, uitâ ducere, eò pfectus, apud Trechas conuētū habito, redactis ad laudabiliorē cultum ecclesijs, earumq; præsidibus partim pulsiss, partim castigatione emendatis, in Italiam prope redijt, q; intellexerat omnia seditionum quorundam factionibus perturbari, Stephanus enim Corsus montem altū & Ponticulum de ea parte Hetruriæ, quam nunc principis apostolorum patrimonium uocant ceperat, præsidijq; munierat, unde frequenti incurfione omnia circumqua; uexabat, quem pontifex infecutus ex altero castello deiecit; alterum ui capere non potuit, nâ

Familia cognomētum ex columna.

Prodigia.

Comentus ad Guardastallū.

tura loci obstante, & hyeme quæ iam appetebat. Iturus itaq; in Apuliam componens darum rerum Italicarum gratia Lauicano episcopo ecclesiam, Petro Leonis, & Leoni Fregepani urbem urbanamq; omnia, Ptolemæo Sublacensi domino quæ circa urbem sunt quam diligentissime commendauit, relicto Gualfredo nepote militis principis: qui unâ cum his ditionem ecclesiasticam tueretur. Verum absente pontifice, quem ferunt Ptolemæum tantum mali autorem dicere solitum, nunquam amplius ad urbem rediturum, ab ecclesia dei hi omnes defecerunt: Petrus Columna, quem pontifex in gratiam receperat, Farfensis abbas cum Anagninis, Prænestinis, Tiburtinis, Tusculanis, Sabinis. Ausus & idem Ptolemæus comparato exercitu Albam Latinam oppugnare, ciuibus ipsis acriter urbem defendentibus. Verum superueniente pontifice cum principe Caicetano, cumq; Richardo Aquilano egregijs copiarum ducibus, pulsis tyrannis ecclesiam dei occupare conantibus, & Albam obsidione liberat, & reliqua oppida quæ iam defecerant in ditionem recipit. Tibur obstinate resistens expugnat non sine magno utriusque partis incōmodo, montem altum deiecit inde Stephano recipiens, torum patrimonium breui pacatum reddidit. Pace deinde composita ad bellum Asiaticum animum adijcit, principes Christianos literis & nuncijs ad eam rem quam diligentissime animat, quod intellexerat Gothifredo Hierosolymis mortuo, Saracenos recuperandæ Hierosolymæ causa magnum exercitum eo duxisse: superatisq; Christianis ingenti clade, & comitem Burgundiam in ipso prælio cecidisse, ac Boemundum uiuum in manus hostium deuenisse, ipsum uero Balduinum regem Gothifredi fratrem ægre ex tanta clade sese proripuisse, nec paulum abesse quin urbs caperetur. Veruntamen Barbari tanta uictoria potiti obsidere Hierosolymas nequaquam sunt ausi. Tancredus autem egregie defensa Antiochia Laodiceam urbem imperio Constantinopolitano subiectam ui cepit, quod intellexerat Alexium imperatorem Christianorum clade deletum, militibus quoq; nostris impedimento fuisse, quo minus supplementi causa ex Europa in Asiam traicerent. Felicitate & audacia Tancredi Balduinus rex percitus, comparato propere exercitu in Accon ducere statuit, uocatis in auxiliū Genuensibus & Venetis: qui eo propere cum octoginta rostratis nauibus ac trirētib; plerisq; profecti sunt: quare & urbs terra marisq; acriter oppugnata, uigesima die tandem capitur, & Saraceni qui eo uenerant tuendæ urbis causa fusi fugaticq; sunt. Tancredus autem tantæ fuit pietatis in patrum Boemundum ab hostibus trionnio in uinculis detentum, ut ei magna ui auri redempto Antiochiæ principatum restituerit. Postea uero idem Boemundus Antiochiam ipsam Tancredo committens, in Italiam primo, mox in Galliam profectus, Constantiam Philippi regis Francorum filiam in uxorem accepit. Cognito deinde Alexij imperatoris Constantinopolitani conatu, qui maritimas Antiochiæ urbes infestabat, in Italiam rediens parata classe, in Dalmatiam nauigat, Dirrachiumq; obsidet, ut ea ratione Alexium à bello Asiatico reuocet, quod etiam breui factum est: pacem uero petenti Boemundus hac lege dedit, ut bello Antiocheno omisso militibus Francis, nullo maleficio per sua loca transeuntibus iter in Asiam tuto facere liceret. Composita autem pace cum ea classe quam in Alexium parauerat in Asiam Boemundus contendens, adeo Christianorum animos recreauit, ut Balduinus rex Berytum urbem maritimam Phœnicie inter Sidonem & Byblum positam, ac Tyro metropoli obtemperantem, obsessam duobus mensibus ui tandem ceperit, non sine magno suorum incommodo. Hanc ob rem & passim in omnes seuitus est, et urbs ipsa tanquam Colonia Christianis omnibus concessa est. Eodem quoque tempore capta & Sidon est. In tanta uero Christianorum felicitate Boemundus clarissimus princeps morte sublatu. luctu omnia compleuit, qui Boemundum filium paruulum admodum ex Constantia uxore susceptum principatus Antiocheni successorem relinquens, Tancredus nepoti donec adulesceret commendauit. Interea uero Henricus quartus morte patris quem apud Leodium bello superauerat, compositis in Germaniam rebus, in Italiam ueniens apud Sutrium substitit, quod senserat eius aduentum Paschali parum

admodum grati esse: quippe qui & ecclesias multas in bellis euerterat, & episcopatus contra ius fasq; pro libidine animi, cui placuisset demandauerat. Verum missis ultra citroque legatis, cum imperator iureiurando interposito polliceretur se, & pacato agmine urbem ingressurum, & coacturum suos episcopos ut se à possessione episcopatuū abdicarent, quos largitione acceperant, & potentia portæ repete aperta sunt. Nam Sutrium mouens Henricus ad montem Guadri: uel (ut alij uolunt) ad montem malum: sunt etiā qui montem aureum hunc appellant, castra posuerat, unde postea annuente populo prodeuntibus obuiam honorato quoq; urbem Leoninam primo ingreditur, præcedentibus sacerdotibus cum infulis & reliquijs sanctorum à mole Hadriani. Nam per eam portam urbem Leoninam ingressus est usq; ad basilicam sancti Petri, cuius in gradibus pedes pontificis, eoufque cum cardinalibus prodeuntis exofcularus est. Postis deinde militibus suis in stationibus unâ cum pontifice, ad dexteram tamen templum ingreditur, in quo post orationem ad altare factam, à pontifice petit, ut illos confirmet, quibus ipse episcopatus dederat, licet ius iuradū antea interposuisset, se nunquam id à pontifice petiturū. Paschalem uero id facere recusantē intromissis militibus, dato signo unâ cum cardinalibus statim capit, eumq; cum magna parte cleri spoliati prius in castra perducit. Per motus tam insigni iniuria populus Romanus, sumptis armis Teutonicos ex urbe Leonina pellit, portasq; omnes claudit. Tum uero imperator ad Soractis montem perueniens, quæ nunc sancti Syluestri uocant, in loco excelso & munitissimo pontificem & cardinales collocat, dispositis circumquaq; custodiibus & praesidijs, ne inde aufugere uel retrahi ab aliquo possent, quo facto statim reliquas copias urbem oppugnaturus mouens ad Anienem peruenit. Vnde occupato prius portu Mammeo à Mammea matre Alexandri imperatoris non men ducente, ac tanti operis autore, incensis circumquaq; uillis, incursionis continuo in Romanos faciebat. Quare pontifex in commodis ciuium & precibus motus, ad portum Salarum pductus accitis ex urbe notarijs, qui pacta conscriberent, eos omnes (licet in uillis) in episcopatu confirmauit, quos antea Henricus delegerat. Hoc itaq; modo compositis rebus, dimissis captiuis omnibus imperator à pontifice coronatus in basilica sancti Petri clausis prius urbis portis, ne populus eriperet, firmataq; stationibus ipsa ab Henrico basilica. Vnde non ita multo post uoti compos factus in Germaniam redijt. Pontifex uero pacata aliquantulum Italia, Pisanos nauali gloria admodum potentes adhortatus, ut ex insulis Balaribus, quas iam antea occupauerant in Saracenos moueant, mare nostrum & littora Christianorum infestantes. Quare Pisani cupiditate gloriæ capti comparata ingenti classe, impositaq; maiore iuuentutis suæ parte in hostem proficiscuntur. Verum dum apud uada Volaterrana uentum expectant, Lucenses eorum urbem defensoribus uacua inuadunt, quam quidē Florentini Pisanoꝝ precibus moti, repulsis Lucensibus acerrime tutati sunt. Ob quam rem Pisani de Saracenis uictores domum redeunt, Florentinos duabus porphyriticis columnis donant: quæ adhuc ad portam sacelli beati Iohannis baptistæ uisuntur. Interim uero Paschalis concilio apud Lateranum habito, omnia quæ Henrico promiserat reuocat, & coactus, non libens in eius sententiam armis, non rationibus munitam descendisset, instantibus cardinalibus, qui in uinculis erant, populisq; Romano qui ab Henrico bello uexabatur, ut quauis conditione pacem conereret. Satius itaq; uisum est retractare male acta uiolenter præsertim, quâ pati exemplo pernicioso, ut id quoq; reliquis principibus licere uideat, quod Henricus ab inuito pontifice extorserat. Hoc autem tempore Mathildis comitissa admodum senio confecta moriens, Romanæ ecclesiæ ex testamento reliquit, quicquid à Pissia amne & sancto Quirico agri Senensis usq; ad Ceperanum inter Apenninum & mare pertinet, addita Ferraria quæ adhuc Romanæ ecclesiæ uetigalis est. Sunt qui scribant, quos de numero Vincensium est autor egregius, hæc mulierem Florentiæ mortuam esse eo incendio, quo & magna pars urbis consumpta est, & ad duo milia hominum cõbusta tradunt, eiusq; corpus postea in Cisalpinam translatum esse, & in monasterio sancti Benedicti quod ab urbe Mantua. XII. milibus passuum distat sepultum. Crediderim ego mulierem ipsam Mantua: diem extremum obiisse, suoq; iussu ad sanctum

Benedictum sua impensa edificatum & sepultum, procurante eam rem Anselmo viro sanctissimo ac tanti monasterii autore: quippe qui operam dederat Mathildis impensa, ut cenobium tam amplum, tamq; magnificum edificaret. Eodem quoq; in loco sepultum fuisse eundem Anselmum episcopum Lucensem comperi, ac Mantuam deinceps translatum in ecclesiam cathedralem, ob eam rem credo ne a vicinis furto furri peretur, cum miraculis continuo clarior fieret. Affirmant Lucenses corpus Mathildis apud se esse: quod ne credam, facit Guidonis Gonzagæ autoritas. Qui dum monasterium sancti Benedicti restitueret, inuentum corpus honestiore loco (ut par erat) collocavit. Alium quoq; Anselmum fuisse his temporibus quidam autores scribunt, uirum doctissimum, & apud Anglos tanti pretij habitum, ut breui ex monacho abbas, deinde Cantuariensis archiepiscopus sit factus: qui etiam libros de meditationibus, cur deus homo, de libero arbitrio, de similitudinibus, de cruce, de beato Iohanne baptista conscripsit. Felicia certe hæc tempora fuere, quæ & Sigibertum monachum celbatensem uirum speciatæ doctrinæ, & Bernardum ex Castilione Burgundiæ nobili genere ortu protulere. Is, XXII. annum attingens sub abbate Stephano, qui tertius fuerat ab inchoato Cisterciensi monasterio, una cum XXX. locijs monachi habitum suscipiens, tanti pretij ob doctrinam & sanctitatem est habitus, ut breui abbas Claraualensis monasterii, tum primum Roberti uiri illustri impensa edificati creatus sit, cui certe loco cum maxima gloria ad annos sex & triginta præfuit. Moriens deinde Bernardus præter sanctitatem, multa quoque scriptis ingenij sui monumenta reliquit: maxime uero commentarios in cantica canticorum, considerationes diuinæ contemplationis ad Eugenium pontificem, unde pontificij muneris ratio duceretur: scripsit & uarias epistolas, unam potissimum ad Romanos, qua eos uehementer carpit; scripsit & apologeticum & sermones in solennibus habitus, Ad Paschalem redeo qui in concilio apud Guardastallum habito, decreuit ne urbes Aemiliæ, Placentia, Parma, Rhegium, Mutina, Bononia Rauennati ecclesiæ antea metropolitane subiectæ amplius essent: q; sæpius ob superbiam in Romanam sedem præfules Rauennates cornua erexerant. Pontifici uero ad urbem redeuntem rogatum ciues quidam, ut in locum Petri pfecti urbis demortui filium subrogaret. Quod cū facere pontifex negaret propter ætatem pueri, qui uix X. attigerat annu, tãta repete seditio exorta e, ut ei abire ex ciuitate necesse fuerit, ne magna aliq; cades in ciues committeret, cū multi inessent, qui nequaquam magistratui puero committendū dicerent. Neq; ita quoq; seditionis semina abstulit. Nã cū Albæ esset, intellexissetq; Petrum Leonis ecclesiæ fauorẽ in ædibus suis ab aduersa factione oppugnari, eo prope Ptolemæum mittit ab Aricia arcitum cum satis ualida manu, qui pulsos in transiberinam regionem aduersarios partim interficit, partim capit, ac per municipia custodiendos diuidit. Sed magna repente in Ptolemæo inconstantia apparuit. Nam quos ipse paulo antea ceperat, eosdẽ postea suo quoq; nutu ad municipia pficiscentes, dū iter per Algidi faciunt, ex insidijs adortus capit, & Laritium secū ducit: inter quos & demortui pfecti filius erat. Non contentus autem tanti admisi facinoris Ptolemæus, Sarminetū, Nymphæū, Tiberiã, oraq; maritimã occupat. Interim uero Henricus è Germania in Italiam cū exercitu descendens magno terrori omnibus fuit. Verq; cū his Romã uenisset absente pontifice, qui tū in Apulia conciliū habebat, cūq; se priuatum dignitate imperij putaret, una cum potestate dandoz episcopatuū à Barcharenis archiep̄o p̄ia exule itez coronat̄ añ beati Gregorij corpus, in patriã abiit. Paschalis autem absoluto conuentu, ex Apulia Romã cū copijs Normannoz rediit, et multa opp̄da ab hostibus occupata recepit, & Præneste Caloiohannis imperatoris Constantino politani, qui patre Alexio successerat, oratores libent̄ audiuit, eisq; in mandatis dedit, ut Caloiohannẽ suo nomine contra Saracenos animaret. At uero Farfensis abbas & Ptolemæus, qui nulli sibi ueniaz locū apud pontificẽ ob sua maleficia reliquerat, latebris de litescens tandẽ per amicos in Paschalis uiri mitissimi gratiã redeunt. Pacatis hoc mōrebus dedicatq; Præneste Agapeti basilica, Romam effusa obuia urbana multitudine honoris causa tandẽ redij: qua qdem ex frequentia in ualitudine incidens, se paulo post mo

rituz cognouit: quare acceptis ecclesiæ sacramentis, cohortatusq; clerum ad pacem & concordiam, pontificatus sui anno. XVIII. mense. VI. die. VII. moris. XV. calẽdas Februarij: sepelitq; honorificentissima pompa in basilica Constantiniana. Suo autẽ pontificatu facta potestate sacroz ordinũ, psbyteros. I. diaconos. XX. ep̄os. C. creauit. Romã p̄ter ea ecclesiã. XV. consecrauit, maxime uero basilicã sancti Hadriani in tribus foris p̄phanatã quorundã factioforum scelere, ecclesiã sanctæ Mariæ Monticelli in regione Arcolæ, postremo uero restituit & cõsecrauit basilicã sanctoz coronatoz, eo tpe diruptam, quo Robertus Guiscardi Salernitinus princeps eã p̄tem urbis incendit, quæ à Laterano ad Capitolũ uergit, ut in uita Gregorij. VII. diximus. GELASIVS .II.

CLXVIII.

Gelasius secundus Iohannes antea uocatus, patria Caietanus, patre Crescentio nobili genere natus, ingenueq; à teneris annis educatus & doctus, in mōte Casino religionis fundamenta p̄didicit sub Odrisio abbate uiro sanctissimo. Hæc ob rem ab Urbano secundo Romã accitus cognita hominis uirtute & fide semper in pretio est habitus. Verum in primis eius fides perspecta eo tpe est, quo Urbanus pontifex à Germanis, & Giberti antipapæ factione sequentibus in insula Lycœniã Romã inter duos pontes oblectus est. Solus enim unã cum Petro Leone uiro illustri hominẽ sanctissimum nunq; deseruit. Hanc ob rem postea cū Urbanus meliore fortuna uteret, tanti beneficij memor, Gelasium primo quidẽ secretis suis admouet ob fidem & doctrinã: cūq; negotium dedit ob elegantiam compositionis suæ, ut Romanæ curiæ stylym negligentia & ignorantia maiorum labefactum in meliore formam & ornatũ redigeret. Postea uero cognita hominis amplitudine, eundem referre in cœtũ cardinalũ instituit, eaq; de re sæpius in senatu locutus fuerat, assentientibus omnibus. Verum mortuo nõ ita multo post Urbano, Paschalis meritorum tanti uiri non immemor, statim eum diaconũ cardinalẽ decernit. Mortuo deinde Paschali, cum de creando nouo pontifice ratio haberet, ob eamq; rem cardinales omnes in monasterio ad Palladium paululum infra ædes Leonis & Cincij Fregepanis congregati essent, uno omnium consensu Iohannes Caietanus Gelasius pontifex creat. Verum Cincius Fregepanis ira ob hanc electionẽ percitus, qd̄ unum ex suis cardinalibus collegio proposuerat, quem pontificẽ eligerent, in monasterium Palladij cum armatis satellitibus irrupẽs, refractis foribus obuĩ quẽq; percutit: pontificẽ obtorto collo in terram deiectum calcibus conterit, in uinculaq; conijcit. Cardinales autẽ fugam parantes ex multis & equis deijcit, nulliq; genus cõumeliæ prætermittit, quo afficit tantus senatus posset. Non tulit autem tantã iniuriã populus Romanus. Ad ædes Cincij Fregepanis armatus concurrit, eiq; ac familiæ interitum minat, nisi prope Gelasium incolumẽ reddat. Faciunt mandata Fregepanes: maxime uero Leo, qui pontificis pedes uidentibus omnibus sæpius exosculatus ueniã suppliciter petebat. Equum itaq; album conscendens pontifex uia sacra in Lateranũ ducit, comitante clero populoq; Romano, ibiq; de more coronat. Interea uero Balduinus, quẽ statim literis & nuncijs pontifex adhortatus est, ut Barbaroz impetũ tãdiũ sustineret, quoad in Asiam uia supplementa mitterent. Castellũ in Syria Sobal uocitatũ occupat & munit, ut Christianis contra Barbaros continue dimicantibus receptaculũ esset. At uero Boemundo adulescente mortuo, Tancredus tutor Antiochiæ princeps ab omnibus Christianis declaratur: quẽ quidẽ confirmato prius principatu, Balduinus Hierosolymitanus rex ad se cum militibus suis uocat, dimicaturus cū hostibus Thurcis, Saracenis, Arabibus: qd̄ magno exercitu prouinciã Hierosolymitanam ingressi erãt. Eo itaq; ueniens Tancredus, cognita Christianorum paucitate, frustra Balduino dissuasit, ne collatis signis cū hoste decerneret: ne uerẽ Christianã in summũ discrimẽ adduceret. Nã cum hostibus ipsis pugna di copiam fecisset, ingenti clade supatus, ægre cū paucis Hierosolymã se recepit. diuersis p̄terea tramitibus Tancredus Antiochiã pueniens, fuga salutẽ sibi quaesiuit. Elati autẽ tãta uictoria hostes montẽ Tabor cõscendẽtes, monasteriũ eo loci positũ diruit, monachis ad unũ omnibus intersectis. Nec interim getus ab externo hoste Gelasius fuit, qui Henrici impatoris furorẽ Italiã uastantis, iamãq; urbẽ hostili animo ingressuri deuitas, ad

Cincius Fregepanis hõsa etiosus.

ædes Vulcamini potētissimi ciuili primo cōfugit. Vex cū ibi q̄ nequaq̄ tut^o uideret, unā cū suis tritremes cōfendēs: duā em̄ iā ad id instructā paratāq̄ erat, Hostiā Tiberi de labiē, insequētibus Germanis militib⁹, & pontificē telis ac sagittis petētib⁹. Cū Hostiam uero puenisset, neq̄ ingredi mare ppter infātes pcellas liceret, terrestri itinere Ardeā p̄ficiscit, Hugone. XII. apostolorū cardinali uiro amplissimo semp̄ eū comitāte. Cadētibus autē fluctibus Hostiā reuersus, Tarracinā primo, mox Galetā adnauigat, ubi pbenigne à ciuib⁹ suis suscipit. Cōuenere eō statim & Guilielm⁹ Apuliā dux, & Robert⁹ Cāpana princeps ac Richard⁹ aglanus, pollicētes se in ei⁹ p̄tate semp̄ futuros, ut ueros decet eca clēsiā dei uectigales. Cū igit̄ parari exercitū cōtra se Hēricus intellexisset, Mauritiū Bracharēsem archiep̄m antipapā creat: quē potētissimū Gelasio obijceret, eūq̄ Fregepanū familiā cōmendauit; Gregorius is appellat⁹ est. Nō cōtentus autē tā p̄ncioso exēplo Hēricus, in Anagninū agrū copias suas mouēs, omniā hostilē in modū diripit & capit. Turriculū quoq̄ munitissimū locū iā oppugnabat, cū subito nunciātū est Gelasiū cū procesribus Apuliā, magnoq̄ cū exercitu aduentare, quare motis castris Italia cedens, cuncta cādibus & rapinis cōpleuit. Gelasius autē remissus in Apuliā procesribus Romā uenit, arbitratus ob discessum Henrici omniā deinceps pacata fore, Vex longe secus q̄ putarat accidit. Nā cū intellexisset antipapā Fregepanū auxilio fretū Romā māsisse, potētia istī familiā ueritus, apud amicos quosdā prius delituit. At uero cū postea in ecclesiā sanctā Praxedis mysteria celebraret, instātibus hostibus cū factiōne sua, uix sese ab eoz̄ manib⁹ fuga subtraxit. Corsis, Normannis familijs egregijs ac Crescentio nepote acerrime defendentibus. Sequenti uero die à suis armis & clientelis bñ munitis, in urbē uocatus (nā ad sanctū Paulū cōfugerat) habito cardinali cōuentu, discedere ab urbē instituit, ne crescente indies magis magisq̄ seditione, magna aliqua clades oriret. Relictō itaq̄ Petro Portuensi ep̄o, qui uices eius quantū ad rē sacrā pertinebat, Romā gereret, cōmendatā q̄ Beneuetanā ciuitatē cura Hugoni cardinali. XII. apostolorū, Pisas primo adnauigat, cū terrestre iter nequaq̄ sibi ac cardinalib⁹, q̄s comites sociosq̄ habebat, tutū uideret. Ex ceptus itaq̄ pbenigne à Pisanis, cū rationē discessus sui ab urbē audietibus omnibus redidisset, inde soluens in Galliā ad portā sancti Aegidij puenit: ubi cū ab abbate Cluniacē si uirō optimo, tū à monachis, et oibus fidelib⁹ q̄ eō ei⁹ rei grā uicq̄ cōuenerat, magnifice ac splendide suscipitur. Deinde uero p̄ cōtinentem honesto comitatu magis q̄ splēdido, ut nūc fit incedēs. Inter eundū basilicā sanctā Cecilie in Stagello, ecclesiā sc̄i Syluestri in Tillano, ecclesiā sancti Stephani in Tornaco dedicat, lapidibusq̄ ecclesiāq̄ terminos notat. Tandē uero ad Cluniacēse monasteriū pueniens pleuresi corrept⁹ pontificat⁹, sui anno. I. die. V. morif, uir sanctissim⁹ & omī laude dign⁹, si uitā continentissimā, si mores, si doctrinā inspicias: qbus ex reb⁹ fit ut facillime credā eū, q̄ ita constanter & sancte in tātis procellis humanaz̄ perturbationū uixerit, nūc beatā & sempiternā uitā in caelo ducere. Sepelit⁹ autē eius corp⁹ intra limina Cluniacēsis cenobij. Sūt q̄ scribāt hui⁹ p̄fificatu inchoatā esse tēplariorum militū originē, qui nō lōge à sepulchro dñi habitantes peregrinos suscipiebāt, eosq̄ p̄ loca sacra armati ducebant ac reducebant: quo eis sine ullo maleficio inuifere loca sancta liceret. Hos uita, fide, gratia mirum in modum Gufentianus commēdat.

CALISTVS .II.

Calistus. II. Guido antea uocatus, natiōe Burgundus, Viennēsis archiep̄us, originē à regibus Franciā ducēs, ab his cardinalibus pontifex creat, q̄ mortuo Gelasio Cluniaci tū aderant. Vex his non prius pontificiū habitū sibi desumpsit, q̄ intellexit se ab his quoq̄ cardinalibus cōfirmatū, q̄ Romā & in Italia remāferant. Re itaq̄ literis & nūcijs cognita, Romā ueniēs, populo obuiā p̄deunte ac honorato quoq̄ urbē ingredif, cōgratulantibus oibus tum p̄fifici, tū ciuitati Romanā, q̄ hunc getis & pacis autorē futurū cernebant. Rebus autē ex sentētia Romā cōpositis Beneuetū proficiscit, quo & principes oēs statim cōuenere, salutādi (ut mos est) p̄fificis causa maxime uero Guilielm⁹ Apuliā dux, Iordan⁹ Cāpaniā comes, Arnulph⁹ Ariola, Robertus Lorotelli comes, uiri insignes & sine cōtentione illi⁹ partis Italiae facile principes: q̄ etiā

pollitici sunt adhibito iureiurādo se in p̄tate p̄fificis semp̄ futuros. Calistus autē qui nil aliud meditabat q̄ bellū Asiaticum, in quo de Christianis ægre tot barbaras gentes sustinentibus addubitabatur Romā rediens, Lambertū Hostiensē ep̄m Saxonē sancti Stephaniani in Cælio monte presbyterum cardinalē, Gregorium sancti angeli diaconum, legatos ad imperatōrē mittit: qui pace sine ulla cōtentione cōposita, ad urbē redeuntes, ta bellā pacis ad Lateranēsem basilicā suspēdere. Qua quidē p̄fecta, tanta repēte lætitia publica exorta est, ut passim congratulantij cœtus audirent. Vex ne diuturnior hæc læticia uideret effectū Rogerius Siciliae comes, q̄ Calabria & Apuliā abente Guilielmo comite occupat. Guilielmus em̄ Alexij impatoris cōstantinopolitani filiā in uxore ducturus, abiēs Calabria & Apuliā p̄fifici cōmendauerat. Hāc ob rē Calistus ab urbē discedēs Beneuetū puenit, indeq̄ Hugonē cardinalē ad eū misit, arcē Nicephorim tū in Calabria obsidentē. Monitus autem Rogerius ut ab armis discederet, nequaq̄ pontificis edictō obtēperat, imō acrius instabat, ne Guilielmus consobrinus rediens, ei impedimento foret, quo minus Apuliā & Calabria potiretur. Parabat iam arma pontifex, cum subito unā cum magna parte senatus febrī correptus redire ad urbem re infecta compellitur. Hanc ob rem Rogerius nemine aduersante Apuliā & Calabria potitur. Atq̄ hoc modo Guilielmus uxore frustratus ac principatu deiectus, apud Salernitanum principem uitā tam degens sine hæredibus breuī moritur. Rogerius itaq̄ tanto aduersario sublato, regem Italiae se nuncupat. Calistus autem recuperata ualetudine apud lateranum noningentoz̄ patrum concilium habuit, in quo quidem deliberatum est ut primo quoq̄ tempore supplementa militiæ iam deficientis Christianis in Asia bellum gerentibus subministrarent. Quā spe erect⁹ Balduin⁹ Hierosolymitan⁹ rex Gazim regē Thurcorū minorē Asiam incolentium, cum magno exercitu in se mouentem superat, & captum in carcerē conijcit. Eadē quoq̄ fortuna usus Damasci regē Hierosolymas cū exercitu hostili animo petentē fundit fugatq̄, duobus milib⁹ hostiū caesis, milleq̄ captis. Vex supueniente cū magnis copijs Balahac Parthoz̄ rege, cui statim nullis expectatis auxilijs congressi ausus est, Tanta clade superat Balduin⁹, ut etiā ipse unā cū p̄ceribus multis captus & in uincula cōiectus sit. Quare Calistus pontifex maturandū ratus, ne reliqui Chiani amissio rege opprimerent, instāte Veramūdo Hierosolymitano patriarcha uiro optimo ac doctissimo, Venetos spe gloriae & p̄mij cōcitos in hostē magna classe pmouit, Dominico Michaelē duce, millesimocentesimo ac uigesimosecūdo salutis n̄ræ anno: q̄ quidē ad Ioppē classe delari, quā Saraceni Babylonis terra maritq̄ obsidebat, supatis barbaris ingēti clade obsidionem soluunt. Itum est & in Tyro, quā diu obsessam haud incruenta uictoria cepe, pacti tū prius ut Tyri & Afcalonis dimidium obtinerent, si eoz̄ opera in Christianoz̄ potestatem deuenirent. Verum Emanuel Græcorū impator Caloiohani suffestus, tantā uictoriā latinis inuidens, uel latina literatura utētibus, Venetis mādāt ut classis suæ præfectū reuocēt: q̄ certe eoz̄ dictō obtēperans, ira incēsus Rhodū, Chium, unde corpus beati Theodori martyris Venetias tranlatū tū est: Samum, Mitylenen, Andron imperatoris insulas diripiuit: Motoniū spoliatum incolis muniuit, Tragurium ex Vngaris caput ditioni Venetæ subiecit, Lapidem præterea secum in patriā delatit, sup quo apud Tyrū Christ⁹ sedisse ferē. At uero Balduinus, quē diximus ab hostibus captū, præcio redēptus, Hierosolymas rediens Christianā rempu. iam labentem aliq̄ diu sustinuit. Hanc ob rē Calistus aliquid quietis à rebus externis nactus, & cardinales. XII. creat: & basilicas multas uerustate collapsas reficit. Moenia urbis instaurat, aquā in urbē inducit, arces ecclesiæ munit, donaria plurima argenti auriq̄ basilicis diuidit. Fūdos plerosq̄ cōemptos beato Petro donat, Ecclesiā beati Nicolai in palatio ædificat. Verū ne tanta felicitas sine aliquo incōmodo diutius in terris esset, Gregorius antipapa Burdinus antea uocatus, nomen pontificis usurpare conatus, Surtij se continens auxilio quorundā tyranoz̄ fretus, & Romanos incursionibus uexabat: & peregrinos negocij ac religiōis causa ad urbē accedēs spoliabat. Quare Calistus cōparatis repēte copijs, p̄missisq̄ cum expectatissimo quoq̄ Iohanne cremēsi sancti Chryfologi presbytero cardinali, subseq̄es ipse

hostem uincunt, Sutrium capiunt, Burdinum camelo impositum, in triumphi spem Romanam ducunt: quem pontifex uita donatum cauensi monasterio includit. Calistus autem de deo deq; hominibus bene meritis, pontificatus sui anno quinto, mense, X, die, VI, in domino moritur. Vacat tum sedes dies, VIII.

CLXX. pō.

HONORIVS .II.

Honorius, II. q. & Lambertus ex agro Imolensi oriūsus, Hostiensis epus eo tpe pontifex creatur, quo Balduinus ab hostibus pretio redemptus Antiochiam Hierosolymitano regno adiunxit, mortuis his omnibus ad quos principatus ille iure deueniebat. Verum cum tantus principatus retineri sine p̄sede non posset, eidem p̄fecit Raymundum Guilielmi ducis Austria filium, cui superioris Boemundi filia nupsit. Hoc autem modo compositis rebus, regem Ascalonitæ Aegyptiorum copijs fretum, & ob eam rem Hierosolymitanos infestantē unico p̄lio repulit. Balduinum p̄terea Damasci regulum idem molientem, sed maioribus copijs, tribus grauissimis p̄silijs fundit fugatq; multis passim more pecorum cæsis. Ad Honorium redeo, qui & si obscuro loco natus erat, tñ literatura & moribus tanto magistratu dignus uidebat. Verum non adeo eius ingressus laudatur, cum ambitione quorundam potius q̄ omnium bonorū consensu pontificatum inierit. Mortuo em̄ Calisto cum de legēdo nouo pontifice ratio haberetur, Leo Fregepanis omnibus cardinalibus interdixit, ne usq; ad diem tertium pontificem crearent, quo & maturius delibere, & canones inspiciere liceret: quis nō ea mēte id fecerit homo acutus & ad fallendum uaser, quā uerbis p̄ se ferebat, sed ei tātisper disponere hominū suffragia liceret, quibus Lambertus pontifex crearetur. Nam populus ipse Saxonem sancti Stephani cardinalē pontificem percipide nimium optabat. Id quoq; se cupere Leo Fregepanis ostēdebat, quo & populū & patres negligentes & incautos in sententiā sui quauis arte pelliceret. At uero cum id uelle Leonē cardinales quidam cernebant, ne ex eius sn̄a pontificē legerēt, omisso Saxone, Thebaldum sanctæ Anastasie presbyterū cardinalē pontificē deligunt, quē Celestinū appellarūt. Tunc autem Leo non amplius immorandū ratus, q̄ iā offensum hac electione populū cernebat, Lambertū (de quo antē diximus) pontificē magna uoce p̄ponit, acclamante populo, clerō q̄ eā electionē manibus & nutibus approbāt. Tū Leo maturandū rat⁹ ne sententiā hoīm immutaret, in Simijs, loci nomē est, nō longe ab ecclesia sancti Syluestri, hominē p̄tificiali habitu exornat. Qui etsi primo artib⁹ quibusdā tñ magistratū adept⁹ est, tñ postea oīm consensu pontifex maximus consalutatur. Pontificatū adeptus cardinales quosdā uiros insignes creauit, quorū opa postea magnis in rebus usus est. Familiaritate em̄ p̄clarorū uirorū mirifice delectatus est. Nā Pontium quendā abbatē cluniacensem, uirū industrium Romæ retinuit: Ingeniū quoq; Hildeberti Cenomanensis ep̄i mirifice extulit, quē deinceps Turonēsem archiep̄m creauit, q̄ plurimum heroicū, elegiacōue carmine ualere. Hui⁹ q̄q; tpa clariora fecit Hugo de sctō Victore, si cognomentū inspicias, si patriā, Parisiēsis doctor insignis. Hic em̄ tñ dicēdo, tñ scribēdo ingenij sui p̄clara monimenta reliquit. Extat eius liber de sacris, liber sententiarū, liber in dialogo, q̄ Didascalus appellat⁹: liber de cura animarū, liber de artibus & doctrinis. Hos autē oēs tanta beneuolentia Honorius pontifex amplexus est, ut nullū genus officij p̄termiserit, quo eos ad honestiorem dignitatis gradū euehi posse existimaret. Vnū tñ suis temporibus accidit, quod nequaquam probandū est. Arnulphus em̄ Christianæ religionis p̄dicator egregius, clericorū infidias Romæ necat, q̄ acerbe nimis in eos lasciuia & libidinē inuehere: q̄q; eorū pompā, & in cōparandis diuitijs nimis studiū improbare, paupertatē Christi & integerrimā uitā ad imitationē oibus proponēs. Hunc multi ex nobilitate Romana tanq; uerū Christi discipulū & prophetā sequebant. Hunc laudibus ad cælū tollebat. Hinc odiū, hinc ira: in perniciē bene sentiens usq; ad necē excitat. Fuerit ne hic sanctissim⁹ uir presbyter, an monachus, an eremita, haud satis cōstat. Sunt q̄ scribant Honorio ipsū id admodū displicuisse, non tñ tati facinoris autores unq; inuētos. At uero cū in p̄ticipatu recte gubernato quinquēnio ac mēsibus duobus uixisset, collachrymantibus oibus morit, et in basilica

lateranensi nullo non genere honoris adhibito sepelitur. Vacat tum sedes diebus octo. Nescio ego quid sibi uelit marmor illud suo nomine inscriptum, quod ante aedes beatæ Praxedis adhuc extat.

INNOCENTIVS .II.

CLXXI. pō.

Innoctius secundus patria Romanus, ex transiberina regione, patre Iohanne, pōtifex creatus, in Rogerium Rogerij comitis Sicilia filium, hæredem nuncupatum, q̄ mortuo Guilielmo Apuliæ duce, omniq; Roberti Guiscardi familia in eo deficiente, dominatum Apuliæ occupare nitebatur, statim mouet. Nam is ad sanctum Germanum castra habebat, quem certe primo impetu repulit: tantum ualuit Romani exercitus fortitudo & uirtus: oppidoq; ipso capto tyrannum in Galucio aliquandiu acriter obsedit. At uero Guilielmus Calabria dux cum magnis copijs adueniens, & patrē unico p̄silio feliciter habito obsidione liberat, & pontificē cum his cardinalibus capit, qui in exercitu Romanorū erant. Hos autē omnes nō ita multo post Rogerium mira modestia usus, unā cum pontifice liberos facit. Quam ob rem deinceps quod uoluit facile ad pontificem obtinuit, p̄ter regni titulum, quē maximis p̄mijs & pollicitationibus impetrare condebat. Interim uero Petrus Romanus ciuis Petri Leonis potentissimi hominis filius, Romæ antipapa creatur, quorundā facinorosorū seditionibus, Anacletusq; appellat⁹: qui spoliatis Romanæ urbis tēplis, spoliatis ecclesijs, thesauris ui irripens, maxime uero in basilicam Petri, unde crucifixum aureū & coronas pendētes sustulit: tantum pecuniarū conflauit, ut per facile largitiōibus seditiosum quenq; Romæ in sententiā suū p̄silijs alliceret. Innocētius autē ad urbē rediens, ubi seditionibus plena omnia cernebat, spectatq; rē ipsam ad eadē multorū uideret, sponte cedens, primo quidē Pisas adnauigat, deinde Genuam, postremo in Francia puenit. Interim uero Anacletus antipapa tanto aduersario submoto, & animos ciuium cum Innocēntio sententiā quoad fieri potest sibi largitiōibus conciliat: & Rogerium in partes suas facile descendentem, quo magis ei obnoxius esset, utriusq; Sicilia regē creat. Innocētius autē celebrato apud Claz montē concilio, in quo Petri antipapam cū sectatoribus damnauit, Aurelianum se contulit, uisōq; rege Philippo, à quo pbenigne est habit⁹. Carnotū in Belgas petijt: ubi Henricū Angliæ regē in itinere obuiā factū multis ratiōibus ad expeditionē in Saracenos adhortatus est. In Lothoringiā inde flectēs, Lothariū Leodij reuertū à Germanis tū regē creatū, de se restitū edo multa pollicentē, sacro adigit expeditionē parare, qua quēdā tutus etiā ad urbē reduceret. Remis deinde in Belgis altera synodo habita, in Italiā redijt, celebratoq; concilio apud Placentiā, Pisas se cōtulit: quā ciuitatē iā pridem cū genuensi populo dissidentē in gratiā tandē redegit. Genuensem quoq; ep̄m q̄ mediolanēs suberat archiep̄m creauit, tribus Corsicæ ep̄is illi cū Bobiensis parere iussis. Pisanis quoq; archiep̄m dedit, tribus itē alijs Corsicæ ep̄is cū populoniēsi eidē subiectis. Lotharius autē cū magno exercitū in Italiā ueniēs, admonitō pontifice qd fieri oporteret, partitis copijs ad urbē mouet. Nā dū ipse occupato prius ianiculo urbē ingredit, Innocētius Antienē. pōte mameo trañciēs in lateranū perducit, nusq; apparētē antipapa, cui⁹ factionē Lotharius mira felicitate ad sanitatē redegit, cauitq; quantū in eo fuit, ne deinceps uexari ab aduersarijs Innocēnti⁹ posset. Tāto itaq; bñficio deuictus Innocētius, mortuo Hérico, Lothariū impatorem Romanum creatum impj corona exornat, quo statim in Germaniā abeunte ad compescendos Leuticorū motus, dum pontifex cōcilium Pisas pro repu. Christiana, proq; tuēda fide de more habet, rursum antipapa quē in eodē cōcilio dānauit, factiosis quibusdā & Rogerio adiuuatibus in pontificē surgit. Quare & Lotharius impator iteq; cum exercitū superatis Leuticis Italiā repetit, & Pisani classem potentissimā in auxilium pontificis educunt, quibus copijs & Romæ seditionē oppressere: & Rogerium terra mariq; oppugnatum, amissis rebus oibus in Sicilia breui pepulere. Audita tanta uictoria Iohānes Constantinopolitanus imperator, qui Rogerio aduersabat, legatos statim ad Lotharium mittit de superato hoste cōgratulatum, quorum de numero quidam philosophus erat, qui disputationibus ostēdere nitebat latinā ecclesiam admodū errare, q̄ cōtra sn̄am